AZIONALE VITT. EMANUELE
12
30 F
3
M
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

COMMENTARIA DILVCIDA IN TRES LIBROS ARISTOTELIS, DE ANIMA.

IN QVIBVS SINGVLI EORVM LIBRORVM TEXTVS non tam ſuccinčte, quàm facilè & eruditè exponuntur.

AVCTORE

D. IOANNE BAPTISTA RVBEO.

AD ILLVSTR. PRINCIPEM AC REVER. ANTISTITEM D. Hieronymum Bernerium Ordinis Prædicatorum, S. R. E. Cardinalem Aſculanum.

CVM PRIVILEGIO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



VENETIIS, Apud Ioannem Guerilium. MDC II.

Cum licentia Superiorum.

Digitized by Google

BREVIS INTRODVCTIO
IN LIBROS ARISTOTELIS
DE ANIMA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ANIMA
Potentia
Obiectum
Operatio
Organum
Gradus viuēdi.

POTENTIA
Vegetatrix
Sentiendi
Appetendi
Mouendi
Intelligendi.

VEGETATRIX
Alendi
Augendi
Minuendi
Generandi.

SENTIENDI
Exterior
Interior.

EXTERIOR
Audiendi
Videndi
Odorandi
Guſtandi
Tangendi

APPETENDI
Cupiendi
Iraſcendi
Volendi

MOVENDI
Progrediendi
Nandi
Serpendi
Volandi

INTELLIGENDI
Simplex apprehendendi
Componendi
Diuidendi
Ratiocinandi
Contemplandi
Agens
Poſſibilis.

OBIECTVM
Alimentum
Senſibile
Appetibile
Locus
Intelligibile.

SENSIBILE
Per ſe
Per accidens
Commune
Proprium.

OPERATIO
Vegetatio
Senſatio
Appetitio
Motio
Intellectio.

VEGATATIO
Alitio

Digitized by Google

Auctio	Ira	Ratiocinatio
Diminutio	Voluntas.	Contemplatio
Generatio.	MOTIO	Conſultatio.
SENSATIO	Progreſſio	ORGANVM
Auditio	Natatio	Totum corpus
Viſio	Serptio	organicum eſt.
Olfactio	Volatus.	GRADVS VI-
Guſtatio	INTELLECTIO	VENDI
Tactio	Simplex appre-	Vegetans
Phantaſia.	henſio	Sentiens
APPETITIO	Compoſitio	Se mouens
Cupiditas	Diuiſio	Intelligens.

Quid anima. ANIMA eſt actus primus, ſubſtantialis, corporis naturalis, organici, in potentia vitam habentis.

Quid vita. Vita eſt vegetatiuæ potentiæ operatio.

Item anima eſt primum principium quo viuimus, ſentimus, mouemur, quo ve intelligimus.

Quid potentia. Potētia vis eſt aīæ, quæ alicuius operis eſt effectiua.

Potentia vegetandi, eſt qua anima nutrit, auget, minuit, ſuumque producit ſimile.

Potētia vegetandi. Potentia vegetandi, vegetatium.

Potentia ſentiendi. Potentia ſentiendi, virtus organica eſt qua ſenſibilia cognoſcimus, quæ ſi in exteriore organo ſuā facit ſentiendi operationem, ſentiendi potentia exterior nominatur. Si verò ī interiore, interior.

Potentia ſentiendi, ſenſitiuum.

Potētia appetendi. Potentia appetendi: virtus eſt animæ qua cupimus, iraſcimur, volumus, aut qua quid ſimile facimus.

Potentia appetendi,appetitiuum.

Potentia mouendi eſt qua viuens,à ſe de loco in locum transfertur.potentia mouendi,motiuum. Potentia mouendi.

Potentia intelligendi: eſt qua intelligimus, vt ſimplex apprehendimus, componimus, diuidimus, ratiocinamur.ſpeculamur,conſultamus.

Intellectus agens:eſt intellectionum efficiens.

Poſſibilis verò:intellectiones recipiens.

Potentia intelligendi,intellectiuum. Potẽtia intelligendi.

Obiectũ eſt circa q̄(vt ſuam faciat operationẽ) aĩæ potẽtia negociatur;quodq́; ei pñtat̃ atq; obijcit̃. Quid obiectum.

Alimentum eſt quo vegetandi virtus alit, ſuaq́; reliqua exercet officia. Alimentũ.

Senſibile eſt quod eſt ſenſu perceptibile. Senſibile.

Quod ſi ſuam in ſenſu imprimit ſpeciẽ:ſenſibile per ſe exiſtit.Sin minus,ſed alterius rei ſpecie,priuatione vè diiudicatur,per accidens dicitur.

Senſibile commune eſt: quod pluribus exterioribus ſenſibus percipitur.vt numerus,magnitudo, tempus,figura,motus & quies. Senſibile cõmune.

Senſibile proprium,eſt quod ab vno duntaxat exteriore ſenſu percipitur.vt hæc:ſonus,color,odor, ſapor,caliditas,frigiditas,humiditas, ſiccitas. Senſibile ꝓprium.

Sonus eſt ſenſibile ꝓpriũ, ab auditu per ſe perceptibile.color,à viſu. odor, ab olfactu.ſapor,à guſtu. caliditas,frigiditas,humiditas.&ſiccitas: à tactu.

Appetibile eſt quod appetendi virtus concupiſcit: cui iraſcitur,aut quod vult. Appetibile.

Locus q̄d ſit,ſatis cognitũ eſt.cuius hæ ſunt differẽtiæ ſurſum, deorsũ, ante,poſt,dextrũ, & ſiniſtrũ.

Intel-

Intelligibile. Intelligibile eſt quicquid intellectu capitur, & circa quod ſuam exercet operationem.

Operatio eſt cuiuſque potentiæ ipſius animæ, officium atque perfunctio.

Vegetatio eſt potentiæ vegetatiuæ operatio.

Alitio. Alitio eſt alimenti in ſubſtantiam eius quod alitur conuerſio.

Auctio. Auctio eſt ſuſcepto alimento, maioris molis acquiſitio.

Diminutio. Diminutio eſt viuentis ob reparandę fluxæ ſubſtantię defectum, molis minoratio.

Generatio. Generatio, eſt ex viuentis ſemine, alterius ſimilis productio.

Senſatio. Senſatio, eſt in ſenſu obiecti ſenſibilis deprehenſio. Quæ ſi in interiore fiat organo, interior, phātaſia & imaginatio nominatur. Si in exteriore, exterior. Si in auditu. auditio. In viſu, viſio. In olfactu, odoratio. In guſtu, guſtatio: & in tactu, tactio.

Appetitio Appetitio, eſt appetitiuæ virtutis operatio.

Cupiditas, eſt conuenientis, pulchri, boni, aut tale apparentis, appetitus.

Appetitus, appetitio, deſiderium.

Ira. Ira, eſt efferueſcente ſanguine circa cor, vlciſcendi appetitus.

Voluntas. Voluntas, eſt cum propoſito, rei proſequendæ, aut fugiendę appetitus.

Motio. Motio, eſt eius quod à ſe mouetur, de loco in locū traductio.

Progreſſio Progreſſio, eſt quæ beneficio pedum exercetur, mo

tiuæ virtutis operatio.
Natatio, quæ natandi apto inſtrumento. Natatio.
Serptio, quæ ventre & volumine molis. Serptio.
Volatio, quæ alis.
Intellectio, eſt virtutis intellectiuæ operatio. Intellectio
Simplicis apprehenſio, eſt ſimplex rei conceptio. Simplicis apprehenſio.
Compoſitio, eſt mentis affirmatio. Compoſitio.
Diuiſio, negatio.
Ratiocinatio, eſt intellectus argumentatio.
Speculatio, eſt circa ea quæ aliter ſe habere nõ poſſunt, mentis conſideratio.
Conſideratio verò, circa contingentia & ea quæ alite ſe habere poſſunt.
Organum, eſt diſpoſita potentia in qua vis animæ ſuam facit operationem. Organum
Gradus viuendi intelligitur, cum viuens eam vim animæ participat quæ ab alijs ſeparatur, aut à qua ſeparatæ manent reliquæ. Gradus viuendi.
Vegetans, eſt quod vegetandi obtinet potentiam.
Sentiens, quod tangendi.
Se mouens, quod de loco in locũ ſe & à ſe agitandi.
Intelligens, quod vim obtinet intelligendi.

Introductionis in libros de Anima
Ariſtotelis, FINIS.

COM-

Digitized by Google

COMMENTARIA
IN LIBRVM PRIMVM DE ANIMA.

Textus Primus. Bonorum, vſque, Omnino autem.

AGIT in hoc opere Philoſophus de omni anima & præcipuè de humana. Quod quidem opus ſiue liber, ordine doctrinæ non eſt primus inter libros naturales, ſed ſextus: ordine autem dignitatis tenet primum gradũ, vt patet ex ipſomet Philoſopho cum ait: In primis ponendã eſſe notitiam de anima. Diuiditur autẽ liber in proœmium & tractatum, tractatus incipit ibi; principium &c. Vnde dicit primo hanc notitiam eſſe nobiliorem, ac dignam inter alias, dicendo: Qui opinantur ſcientiam eſſe bonorum & honorabilium, exiſtimãt alterã altera nobiliorem, aut propter demonſtrandi certitudinẽ, aut ſubiectæ materiæ pręſtantiam atque nobilitatem. Hac vtraque de cauſa, ſcientia de anima eſt honorabiliſſima ſciẽtiarum naturalium, propter demonſtrandi quidem certitudinem, quoniã anima ea eſt, quæ eſt principium vitæ in nobis, & cuius opera in nobis experimur, non autem aliorum. Habet ergo certitudinẽ demonſtrandi; Immò verò animæ cognitio omnem veritatem perficit, & maximè rerum naturalium oſtendit, propter nobilitatem: nam cæteris rebus (quibus ſenſibilis formatur mundus) anima præeſſe videtur. Et id clarius erit, cum naturam animæ deprehenderimus, ac eius paſſiones, tum proprias, tum cõmunes, quia eius ratione, hæ animalibus propriæ, hę verò cõmunes ineſſe videntur. Nota ſecundum Aegidiũ, quod quãdiu anima eſt cõiuncta corpori, nullam habet operationem quã non cõmunicet ei, & quæ non ſit totius coniuncti: eo quod nulla operatio ſit ipſius animæ, quæ aliquo modo non indigeat organo corporali: tamẽ quia aliquæ operationes animæ indigent huius organis, magis per accidens, vt intelligere & ſpeculari: aliquæ verò magis per ſe, vt concupiſcere vel iraſci: ideo dictum eſt, quòd aliquæ paſſiones videntur eſſe magis propriæ animæ: aliquæ verò uidẽtur eſſe magis cões, & competere ipſis animalibus, uel eſſe totius cõiuncti.

Tex. 2. Omnino autẽ & penitus, vſque, Nũc quidẽ enim dicentes, & quærẽtes.

ET quoniam illa pertinent vt ad amorem huius ſciẽtiæ nos inducant,

cant,ac ad diſcendum ipſam ex parte honorabilitatis & vtilitatis.hic inducit nos ex parte difficultatis, nam difficilia libenter ſcire cupimus.ideo dicit: etſi animæ ſcientiam demonſtrandi certitudinem habere dixerimus, illam tamen de anima tradere certitudinem difficilimum eſt,cum enim ſit queſtio communis multis alijs rebus, ſcilicet omnibus ſubſtantijs:dico autem,vt eſt ea quę eſt circa ſubſtantiã, & ea quæ eſt circa quod quid eſt, ideſt circa quidditatem, fortaſſis alicui videbitur eſſe vna quædã methodus, ſcilicet cõmunis omnibus,de quibus volumus cognoſcere ſubſtantiam:ſic & eorum propriorum quæ ſunt ſecũdum accidens,q.d.ſicut & propriorũ accidentium dicimus eſſe vnam communem methodum,vt demonſtrationem;vel talium eſt vna cõmunis methodus,vt demonſtratio; quare quærendum quidẽ erit iſtam methodum ſic communem, propter quod difficultas erit in ſciendo quæ ſit illa methodus ſic communis. Deinde vult oſtendere difficultatem eſſe ex parte modi cognoſcendi ipſam ſubſtantiã animę, ſi modus talis non eſt communis,ſed proprius,dicens: ſi verò non eſt vna quædam & communis methodus, eſt magis difficile negociari circa cognitionem quidditatis, quoniam oportebit circa vnamquamque quidditatem accipere quis ſit modus proprius cognitionis eius. Deinde oſtẽdit eſſe admodum difficile cognoſcere animam ex parte rei ſcitę dicẽs: Cum autem fuerit manifeſtum quæ ſit illa uia,& quis ſit ille modus ſecũdum quem accipienda eſt cognitio quidditatis & ſubſtantiæ rei,ut puta, cum fuerit manifeſtum, utrum ſit aliqua demonſtratio,aut aliqua diuiſio: aut etiã aliqua alia methodus,ut compoſitio, adhuc multas habet dubitationes & errores ex ipſa re, & ex ipſius rei principijs, ex quibus oportet quærere cognitionem quidditatis & ſubſtãtiæ eius, quoniam aliorum alia ſunt principia, ſicut numerorum & ſuperficierum diuerſa ſunt principia. Enumerat deinde difficultates hui᷒: nam accidit difficultas circa diffinitionẽ animæ, vel circa ipſam animã, vt eſt quoddam totũ diffinibile: ideo dicit: primum autem quantum ad genus: quia fortaſſis ſi volumus cognoſcere quidditatem & diffinitionẽ animæ,neceſſarium eſt diuiſim conſiderare in quo generũ ſit anima, & quid ſit. Igitur difficilimum eſt tradere de anima. Dico autem ſic:quoniam difficile eſt aſſignare genus animæ, nẽpe, an ſit Qualitas,an Subſtãtia,an Quãtitas,aut aliquid aliorum huiuſmodi. Inſuper,vt anima eſt quid diffinibile, non ſolum accidit difficultas ratione generis,ſed etiam ratione differẽtiæ: quare oportet videre quæ differentia competat animę; & vtrum ſit eorum quæ in potentia, aut magis ſit quædã endelechia, ideſt quidã actus & perfectio, quia hoc multum differt, eo q̃d actus & potẽtia ſunt ualde oppoſita, vt etiam dicit Auerro. Nota hic duos eſſe modos diffiniendi; vnus eſt per genus & differentias:& hic competit Subſtantijs compoſitis ex materia & forma. Alius eſt modus per additamẽta, vt per additionem proprij ſubiecti,vel propriæ materiæ, & hoc competit accidentibus,& etiam formis ſubſtantialibus, quæ ſunt perfectio materiæ; Vnde & hoc modo diffinitur anima, & non primo modo: diffinitur enim p hoc quod eſt actus corporis; actus enim & potentia,differentiæ ſunt quæ contingunt omnibus Prędicamentis. Dicto Cõmento. Deinde narrat difficultatẽ circa eius cognitionem, inquantum eſt totum quoddam potentiale,dicens,quod cõſiderandum eſt circa animam, ſi ſit

par-

partibilis, an impartibilis ſecundum ſubſtantiam, & ſubiectum; aut ſecundum virtutes, & poſitiones, vt quod ſit quoddam totum potentiale: nã circa partibilitatem & diuiſionem animæ duæ fuerunt opiniones d. Com. vna Platonis, qui poſuit animam diuiſibilem eſſe ſecundum ſubiectum, ita quod intellectiua eſſet in cerebro, concupiſcibilis in corde naturalis & nutritiua in hepate. Ariſt. verò credidit animam eſſe vnam ſecũdum ſubſtãtiam, & eſſentiam: eſſe autem partibilem & diuiſibilem ſecundum potentias, ita, qđ habeat diuerſas partes non eſſentiales, ſed potentiales. Deinde tãgit difficultatem circa animam, prout eſt quoddam totum vniuerſale, dicẽs, quod inquirendũ quoque eſt, vtrum omnis anima ſit ſimilis ſpeciei, aut non: ſi autem nõ eſt ſimilis ſpeciei, inquirẽdum eſt, vtrum animæ tantum differant ſpecie, aut etiã genere; ergo difficultas circa animam eſt, qualem vniuerſalitatem habeat, vtrũ ſit totum vniuerſale, ſicut ſpecies vel genus; vel etiã ſicut analogum, ita, quod animæ non ſolũ differant ſpecie, ſed etiam genere.

Text. 3. Nunc quidem, vſque, Dubitatio nem autem habent.

NVnc oſtendit difficultatem circa animam, prout eſt quoddã totum vniuerſale, dicens: Nunc quidem antiqui dicentes & quærentes de anima, ſolum videntur intendere de anima humana: ergo, cum antiqui ſolum de illa viſi ſint loqui, difficile eſt ſcire, quale vniuerſale ſit anima, vtrũ ſit tale vniuerſale quale eſt anima humana, & quale eſt ſpecies, vel ſit tale vniuerſale, quale eſt genus. Aliam deinde tangit difficultatem, dicens, quod formidandum eſt quale vniuerſale ponatur eſſe anima, quatenus non lateat vtrum ſit vna ratio ipſius ſicut animalis, ideſt ſicut generis: aut ſecũdum vnamquamque ſpeciem animæ eſt altera diffinitio, vt eſt alia diffinitio equi, canis, hominis, & Dei, ideſt corporis ſupercæleſtis; & tunc adde, quod non eſt quærenda vna ratio communis omnis animæ tãquàm generis: vel ſi talis diffinitio quæritur, non eſt ibi ſiſtendum, ſed vlterius inueſtiganda eſt diffinitio diuerſarum animarum ſecundum ſpeciem: quoniam vniuerſale quod eſt animal, ideſt vniuerſale quod eſt genus, aut nihil eſt, aut poſterius eſt ipſis partibilibus, vel eſt poſterius quã ſint ipſæ res diffinibiles; & quod de animali dictum eſt, ſimiliter intelligẽdum eſt, ſi quid aliud prædicetur qđ ſit commune, ſicut animal, uel ſicut genus. Nota, quod differt vniuerſale quod eſt genus, ab vniuerſali quod eſt ſpecies: nam ſpecies de ſe eſt forma vna, ſi autem non eſt vna, hoc eſt per accidens, inquãtum recipitur in diuerſis materiebus; ſed genus etiam per ſe, non dicit formam natura vnã, & propter quod non eſt vera vniuocatio, niſi in ſpecie ſpecialiſſima. Deinde poſtquam inueſtigauit circa animam difficultates, vt eſt quoddam totum vniuerſale: nunc inueſtigat vt eſt quoddam totum potentiale, dicẽs; Amplius, ſi non ſunt multæ animę in vno corpore ſecundum ſubſtantiam, ſed partes eius potentiales ſunt plures, oritur difficultas quædam, vtrum oportet quærere prius totam animã, aut partes potentiales eius: difficilis determinatio eſt harum potentiarũ, ideſt de numero harum potẽtiarum quales aptæ natæ ſunt eſſe alteræ adinuicem, ideſt quam differentiam habent adinuicem: & vtrum prius quærẽdum ſit de eis, quàm de ſubſtantia animæ, vel econtra. Deinde inquirit quomodo comparentur potentiæ ad actus: nã dato quod oporteat inqui-

Digitized by Google

rere prius potentias, vel partes potétiales animæ, quàm ſubſtantiam, erit quæſtio vtrum oportet prius quærere partes potentiales, aut opera, ideſt actus ipſarum potentiarum: vt vtrũ oportet prius quærere ipſum intelligere, aut intellectiuam potentiam: & ſentire, aut ſenſitiuam potétiam; Similiter autem & in alijs: vt vtrum oportet prius quærere ipſum appetere, quàm ipſum appetitiuum. Si autẽ opera, ſupple, oportet prius quærere quantum ad potentias. Iterum vtiq; dubitabit aliquis ſi prius quęrendum eſt obiectum horum operum, ſiue harum potentiarum, ſicut, ſi prius quærendum eſt obiectum ſenſibile ipſo actu ſenſitiuo, ideſt quàm ipſum ſentire, & intelligibile, quam ipſum intelligere. Deinde oſtendit, quod talia de anima inueſtigare facit ad cognoſcendam ſubſtantiam animæ, dicens, quod non ſolum cognoſcere qđ quid eſt, videtur eſſe vtile ad cognoſcendum cauſas accidentium inhærentium ſubſtantijs, ſicut in Mathematicis cognoſcere quid rectum, & quid obliquum, & quid linea, & quid ſuperficies, vtile eſt ad cognoſcendum hanc paſſionem, videlicet, quod rectis angulis ſunt æquales anguli triãguli: ſed econtra, accidentia conferunt magnam partem ad cognoſcendum quod quid eſt: quod non eſt ſuperuacuum de proprietatibus, & potentijs animæ inueſtigare: quia per hoc habemus magnam viam ad cognoſcendum quidditatem, & ſubſtantiã eius. Cauſa autem dicti eſt, quod cum habeamus ſecundum fantaſiã, & æſtimationem noſtram, tradere cognitionem de accidẽtibus omnibus, aut pluribus, tunc & de ſubſtantia habebimus ſpecialiter aliquid dicere: nam omnis demonſtrationis principium eſt quod quid eſt. Ratio autem quare quod quid eſt ſubiecti, facit ad cognitionem accidentium, eſt, quidditas ſubiecti eſt primum omnium paſſionum exiſtentium in ipſo quod quid eſt, ergo facit ad cognitionem accidentium, ſicut cauſa ad cognitionem effectus: & accidentia faciunt ad cognitionem quidditatis, ſicut effectus ad cognitionem cauſæ. Deinde concludit, quales debeant eſſe diffinitiones dandæ, de rebus, eo quod debent eſſe huiuſmodi, vt per eas aliquid coniecturari poſſimus de accidentibus, & proprietatibus ipſarum rerum: aliter eſſent diffinitiones vanæ, dicens, quod ſecundum quaſcunque diffinitiones non contingit accidentia cognoſcere: ſed neque ſecundum tales diffinitiones facile eſt aliquid imaginari de ipſis accidentibus, patet, quod huiuſmodi dictæ diffinitiones ſunt Dialecticæ, ideſt vanæ.

Tex.4. Dubitationem, vſque, Differenter autem diffiniet.

IN præſenti philoſophus mouet quaſdam difficultates circa paſſiones, & motus animæ, & circa operationes eius, dicens, quod dubitationes habent paſſiones animæ, ideſt, motus, & operationes eius, vtrum omnes ſint communes, ideſt vtrum omnes communicentur corpori habenti animam, an ſit aliqua paſsio propria, vel operatio propria ipſius animæ: hoc quidem.n.accipere & cõſiderare eſt neceſſarium, non tamen eſt leue. Sed ne videretur apud oẽs, quod ualde eſſet difficile, ideo ait qđ videtur plurimorũ motuum animę, vel plurimarum paſſionum, & operũ eius nullum quidem tale pati animã, neque facere ſine corpore, vt iraſci, confidere, & deſiderare, & omnino ſentire: quia cum talia ſint organica, manifeſtum eſt ea cõmunicari corpori, & eſſe totius coniuncti. Deinde ſol-

uit

uit quæſtionem prædictã, dicẽs, quod intelligere maximè aſſimilatur ꝓprio .i. maximè videtur eſſe proprium animæ: ſi autem & hoc .i. intelligere, eſt fantaſia quædam, aut nõ eſt ſine fantaſia, manifeſtum eſt quod non continget vtique, nam hoc, ideſt neq; intelligere, eſſe propriũ animæ, & eſſe ſine corpore .i. non communicari corpori. Deinde oſtendit non eſſe aliquã propriam paſſionem, vel operationẽ animæ ex parte ipſius animæ, dicẽs, ſi ergo aliquid operationum, aut paſſionum eſt proprium ipſi animæ, continget vtique ipſam paſſionem, vel operationem ſeparatim competere animæ abſque eo quod communicetur corpori: ſi verò nullũ tale eſt proprium ipſius animæ, non erit vtique alia paſſio, uel operatio ſeparabilis .i. ſeparatim cõueniens animæ, abſque eo quod cõmunicetur corpori; quod autẽ nulla ſit operatio, vel paſſio ſic propria, & ſic ſeparatim conueniens animæ, per ſimile manifeſtat, dicens, ſicut recto inquantũ eſt rectum, multa accidunt, vt tangere æneam ſphęram ſecundum punctum, non tamen rectum tangit ſeparatum ab hoc .i. a materia, vel à corpore, in quo exiſtit. Inſeparabile .n. ſiquidem eſt ipſum rectũ, & ſemp eſt cum quodã corpore; ergo, ſicut recto inquantũ rectũ, competit talis actus, attamen, ex quo rectum eſt in corpore, oportet tactum illum communicari corpori; ſic illud quod videtur cõpetere animæ ſecundum quod huiuſmodi, tamẽ quia anima eſt corpori coniuncta, & eſt actus corporis, oportet operationem, vel paſſionẽ illam corpori cõmunicari. Deinde oſtendit paſſiones animę, & operationes non eſſe ei proprias per rationem ſumptam ex parte corporis dicẽs, qđ videtur, & omnes paſſiones animæ communicari corpori, vt ira, manſuetudo, miſericordia, confidentia, adhuc autem & gaudium, & amare, & odire, & c. huiuſmodi communicantur corpori, quia ſimul cum his aliquid patitur ipſum corpus, quod non eſſet, niſi talia eſſent totius coniuncti, & corpori communicarẽtur. Indicat autem hoc, videlicet, quod diſpoſitio corporis aliquid cooperetur ad paſſiones prædictas, quod aliquando quidem à duris & manifeſtis paſſionibus ſuperuenientibus contingit aliquem nihil moueri ad iram, aut ꝓuocari ad timorem: aliquando verò à paruis, & debilibus paſſionibus contingit aliquem moueri ad iram, vt cũ accẽdatur ipſum corpus, vel ſic ſe habeat, ſicut cum iraſcitur. Nota, quod homo plus vno tempore prouocatur ad iram quàm alio: puta, ſi contingat habere ſanguinem accenſum: vel habere corpus ſic diſpoſitum vt iratus. Deinde adducit ad hoc aliam rationem, dicẽs quod adhuc eſt hoc magis manifeſtum, uidelicet, quod ad talia cooperetur corpus: nã aliqui ſunt talis complexionis, quod nullo imminente terribili, fiunt timẽtes ĩ his paſſionibus: melãcolici .n. quia occurrũt eis fantaſtica nigra, & obſcura, timẽt aliquando nullo timore imminente: quod nõ eſſet, niſi corpus, & complexio corporis aliquid cooperaretur ad has paſſiones. Concludit ex dictis, dicens, quod ſi ſic ſe habet, videlicet, qđ ad has paſſiones cooperetur corpus, manifeſtum eſt, quod rationes harum paſſionum ſunt in materia .i. ſunt accipiendę cum materia. Quare tales termini .i. diffinitiones tales ſunt dandę de talibus paſſionibus, nempe, ſi diffiniẽda eſt ira: dicatur, quod iraſci eſt quidã motus talis corporis, aut talis partis corporis, ut cordis, uel ſanguinis; Aut, ira eſt motus talis potẽtię, uidelicet, iraſcibilis, ab hoc .i. ab apparẽti paruipenſione: & gratia huius .i. propter appetitum doloris in contrario,

rio, uel propter appetitum pœnę in uindictam; & ſic eſt intelligẽdum de alijs paſſionibus. Propter hoc ergo, uel propter ea quæ dicta ſunt, patet, quod eſt iam Phyſici cõſiderare de anima: nã, ſi paſsiones & operationes animę ſunt totius coniuncti, oportet animã eſſe actum alicuius corporis: ſed de omni eo, quod eſt actus materiæ, & perfectio alicuius corporis, ſpectat conſiderare ad naturalem, ergo Phyſicus de omni anima cõſiderabit, ſi omnis anima ſit actus corporis; Aut cõſiderabit de anima, quæ eſt habitus, ideſt quę eſt actus corporis.

Tex. 5. Differenter, vſque, primum autem quæſtionis.

His declaratis, quod anima eſt de conſideratione naturalis: declarat quanta ſit difficultas circa diffinitiones naturales. Primo ponit differẽtiã inter diffinitiones naturales, & Logicas, dicens, quod differẽter diffiniet Dialecticus, & phyſicus unũquodq; ipſorũ: ut ſi diffiniẽda eſt ira, quid ſit, Dialecticus dicet eam eſſe appetitum recontriſtationis, aut aliquod huiuſmodi, ut appetitum permutationis, ille autem, ſcilicet naturalis, dicit irã eſſe feruorem ſanguis circa cor. De numero quorum ſic diffinientium, alius quidem aſſignat materiam, vt Phyſicus: alius verò ſpeciem, & rationem, vt Dialecticus: nam, iſte eſt magis artifex rationalis, Phyſicus verò magis realis. Deinde oſtendit naturales diffinitiones eſſe magis completas, quàm Dialecticas, dicẽs, quod hæc ratio, ſeu hæc quidditas exprimenda per diffinitionem, eſt ſpecies rei, ideſt forma quæ habet eſſe in re, & in materia: neceſſe eſt autem hãc formam ſi erit, ideſt ſi exiſtit, eſſe in materia huius, ideſt in materia reali, & ſibi proportionata, & quæ ſicut aliquid habet eſſe, ſic habet cognoſci, & diffiniri: ſi ratio danda eſt de forma, quæ habet eſſe in re, & in materia, nunquam erit perfecta & completa, niſi ibi ponatur ipſa materia. Deinde diſtinguit diuerſa genera, dicens, quod vna diffinitio domus, eſt quidem ratio ponẽs ſolam formam, vt quod eſt operimentum prohibens corruptiones à ventis, & huiuſmodi. Alia diffinitio dicit ſolam materiam, vt cum non dicitur, domus eſt lateres, lapides, & ligna. Alia verò eſt tertia diffinitio, quæ dicit ſpeciem, ideſt formam, in his, ideſt in tali materia propter talem finem, & hæc eſt diffinitio completa: eo quod magis comprehendit quæ ſunt de ratione diffiniti. Nunc quærit, ex his quæ diffinitiones ſint naturales, dicens, quæ ergo eſt harum diffinitionum naturalis, vtrum quæ eſt diffinitio circa materiam, ignorans autem rationem & formam; Aut eſt naturalis diffinitio illa, quæ eſt ſolum circa rationem & formam; Aut magis debet dici naturalis diffinitio illa, quæ eſt vtriuſque: vnde ſubdit, quod vterque eſt naturalis, ſcilicet duo primi modi, tertius verò eſt innaturalis. Deinde ex his dat differentiam inter Phyſicum, & alios artifices, dicẽs: At verò non eſt aliquis circa paſſiones materiæ non ſeparabiles, neque inquantum ſunt ſeparabiles, niſi Phyſicus: ſed Phyſicus eſt circa omnes paſſiones, & quæcunque opera & paſſiones ſunt talis corporis, ſcilicet naturalis, & materiæ huius, quæ eſt naturalis; Artifex qui eſt circa quaſcunque paſſiones quæ non ſunt huius, ideſt quæ non ſunt corporis naturalis, vt naturalis, eſt alius à Phyſico, vt artifex practicus, ut inſtructor, aut medicus, ſi contingat ipſum conſiderare de quibuſdam paſſionibus corporis naturalis, quoniam conſiderat de eis, nõ ut naturales ſunt, oportet tales artifices differre

differre à philoſopho naturali. Deinde ſeparat Phyſicum à Mathematico, dicens, quod paſſiones quidem de numero non ſeparabilium, inquantũ non ſunt talis corporis, ideſt inquantum non ſunt in tali corpore naturali: ſed vt per conſiderationem reſtringũtur, vt conſiderat Mathematicus: ſed res quæ ſunt ſeparatæ, & ſecundum quod ſunt ſeparatæ, conſiderat primus philoſophus: ergo Mathematicus conſiderat naturales, ut ſeparata, non autem philoſophus, ſed conſiderat ſeparata, & ut ſunt ſeparata, Phyſicus uerò, nec ut ſunt ſeparata, nec ſeparata. Sed redeundum eſt ad propoſitum unde uenit ſermo; Dicebamus autem, quod paſſiones animæ non ſeparabiles à Phyſica, ideſt à naturali materia animalium, inquantũ tales exiſtũt, ſicut furor, amor, timor, gaudium, quæ non ſunt ſicut linea, & ſuperficies, quæ habent conſiderari & diffiniri ſine materia ſenſibili, ſed huius paſſiones animæ, & etiam ipſa anima, cuius ſunt tales paſſiones, habet diffiniri per ipsũ corpus, & per materiam naturalem. Deinde ſubdit, quod intendentes de anima, neceſſe eſt dubitantes eſſe, de quibus bene dubitabilibus debet in diſpoſitionibus abundare: & oportet nos eſſe pertranſeuntes opiniones antiquorum, & apprehendere dicta à quibuſcunque qui aliquid de ipſa anima annunciauerunt, & hoc debemus facere, ut antiquorum quidem bene dicta accepter mus: ſi uerò aliquid non ſit bene dictum, non accipiamus.

Tex.6. Principium, vſque, Quicunque autem.

NVnc intendit philoſophus finito procemio in hoc capite adducere aliorum opiniones de anima; qđ quidem caput continet duodecim antiquorũ opiniones. Et primo ea parte motus, dicens, quod principium inquiſitionis de anima eſt, proponere illa, quæ maximè uidentur ineſſe ſecundum naturam: hæc autem ſunt duo; unde ſequitur, quod animatum ab inanimato in duobus maximè uidetur differre, uidelicet, motu & ſenſu. Hęc ferè duo de anima accepimus à progenitoribus noſtris, uidelicet, quod inueſtigarunt ipſam motu & ſenſu, contra antiqui, quidam enim maximè, & primo dicunt animam eſſe id quod eſt mouens, exiſtimantes autem id quod non mouetur non cõtingere ipſum mouere: & ſic arbitrati ſunt antiqui animam eſſe alterum aliquid eorum quæ mouẽtur. Deinde ponit opiniones, & prima eſt Democriti & Leucippi, exiſtimantium animam eſſe ignem, & quendam calorem conflatum ex atomis ſphæricis, propterea quod maximè poſſint mouere & penetrare ſeipſas, & alia: ac animam præſtare uitam & motũ animalibus: & eam diffiniebant eſſe reſpirationem: nã quamdiu animal reſpirat, atomi ingredientes internas partes quæ animam conſtituunt, prohibent diſſipare, & uiuit animal: Cũ uerò non reſpirat, deſtituta hoc ſubſidio, diſſoluitur anima, ac perit ipsũ animal. Neque mirum eſſe, ſi non uideatur anima, licèt corporea ſit, quãdoquidem ramenta illa quæ in aere uolitant, non niſi in radio perſpicere, & deprehendere liceat. Deinde ponit ſecundam opinionem quorundam Pythagoricorum, penè idẽ ſentientium: hoc tamen intereſt, quod nõ animã, atomos dixerũt eſſe, ſed uirtutem motricem atomorum eſſe dixerunt, quod quantacunque ſit trãquillitas, atomi continuè agitari uideantur. Deinde tertiam ponit opinionem quæ eſt Anaxag. dicentis animam eſſe fontem & principium motus; & etiam dicit animam & intel-

lectum

lectum eſſe idem, non tamen animã, mentem & ſenſum confundebat in idem, quemadmodum Democritus, qui proinde quæ ſenſu apparebant, vera eſſe omnia dicebat, authore vs° Homero, q inquit: Hector iacet quaſi aliud ſapiens. Sed intellectum omnibus animalibus, & magnis et paruis, & honorabilibus & inhonorabilibus conſimilem ineſſe, non videtur dictũ prudenter, & hæ rationes opinandi, ſunt ex parte motus ſumptæ.

Text. 7. Quicunque, uſque, Quoniam autem & motiuum.

NVnc inquirit de anima ex opinionibus eorum determinantium de ipſa per viam cognitionis & ſenſus. & prima eſt Emp. dicentis qđ ratio Empedoclis ponebat animam eſſe ex quatuor elemẽtis, lite & amicitia conflatam, ex quibus elementis omnia conſtent; & dixit animam eſſe vnumquodque principiorum horum, vt poſſit omnia cognoſcere: ſic dicit, quod terra cognoſcimus terrã, aerem cognoſcimus aere, aquam cognoſcimus aqua, ignem igne. & manifeſtum eſt, quod concordiam cognoſcimus concordia, & per concordiam & diſcordiam cognoſcimus diſcordiã. Deinde ponit quintam quæ eſt Platonis, dicens alia eſt Timęi, volentis animam ex elementis eſſe conflatam, vt ſimile ſimili cognoſcatur: & in ijs quæ de philoſophia diſſeruit, ex vnius idea longitudinem prodire & latitudinem & profunditatẽ ſuo modo. Et vnius ideam, intellectũ præbere quod ſit principium ſciẽdi; primam duitatem præbere ſcientiã: quod ab uno ad vnum, & ſemper uerum procedat; opinionem uerò à prima naſci trinitate: quod ab uno probabili ad duo, nunc ad uerum, nunc ad falſum procedat, & ſenſum à primo quaternario, quod ſit ſolum corporeorum & ſolidorum. Quia numeros uocat rerum ſpecies, principia & elementa. Et cum intellectu, ſcientia, & opinione, & ſenſu cognoſcamus: ex horum enim numeris animam conflat.

Text. 8. Quoniam autem & motiuum, uſque, videtur autem Thales.

VVlt in præſenti narrare opinionem inueſtigantium animam utroque modo: & eſt Zenocratis; dicens, alia eſt Xenocratis, utrumque, & motum & ſenſum connectentis, inquit enim eam eſſe naturam ſeipſum mouentem, numerum quidem quo faciat eam ex principijs omniũ conſtare, & ut omnia cognoſcat, mouentem addit, quia eam principium & originem motus credit, & credit numeros eſſe rerum principia, & ut breuiter dicuntur, qui cognoſcere & contemplari proprium animæ crediderunt, eam conficiunt ex principijs rerũ, & ut de rerum principijs, multitudine, paucitate, corporeo aut incorporeo uariant, ita inter ſe de natura animæ.

Text. 9. Videtur autem Thales, uſque in finem capitis.

DEſcendit nũc philoſohus ad ſeptimam opinionẽ, quæ eſt Thaletis, dicentis animas eſſe aliquid motiuum: hinc credidit magneticum lapidem (quod ferrum moueret) animã habere. Octaua eſt Diogenis, volentis eam eſſe aerem, ꝓbantis eum omnium eſſe ſubtiliſſimum, & rerũ originẽ, & principiũ. Nona opinio eſt Heracliti, q omnia ex vapore calido, calidoq; habitu generabat, quem nihil aliud eſſe quã ignẽ volebat, omnium ſubtiliſſimũ, & penè incorporeum, & ſemp fluentem. Hinc animam dixit eſſe vaporem. Decima opinio eſt Alcinęonis, dicentis animam eſſe immorta-

mortalé, & ſemper moueri, & quam ſimillimã eſſe ſoli, lunæ, & cęlo, (quæ ſempiterno agitatu feruntur) volentis. Vndecima opinio eſt Hipponis dicentis animam eſſe aquam, quod ſemem omnium humidum eſt. Vltima eſt Critiæ, dicentis animã eſſe ſanguinem ſentientis: & hoc q̃a ſentire propriũ eſſe animæ iudicabat, & nos ſentire beneficio ſanguinis, & quæ exanguia ſint, ſanguineq; priuẽtur, vt oſſa, ut dentes, vt vngues, non ſentiant. Et omnes ex tribus, diffinitionẽ animæ quærũt, motu, ſenſu, & incorporeo, aut ſubtiliſſimo, ut id incorporei nomẽ ſibi iure quodã vẽdicare poſſe videatur. Et ſimile ſimili cognoſci cõ ſentiũt oẽs, vno Anaxagora excepto, qui intellectus & aliarũ rerũ, nullũ poſuit eſſe ſimilitudinis commerciũ; Hinc oẽs animã dicunt, ex omnibus conſtare principijs, ut cognoſcat omnia; & qui ponunt tunc vnum principium, ex vno eam conſtituũt, & qui plurima, ex pluribus, & qui contraria, ex contrarijs, vt Empedocles. Vnde & nomina ducta ſunt: nam qui ponunt calidum eſſe principium, inde aſſerũt ipſum uiuere, eſſe nominatũ, quod vita ipſa in feruore & calore conſiſtat. Qui uerò frigidum, animã uocatã eſſe, quod euẽtatione & reſpiratione egeat. Vltimo concludit dicens: Sed quid de anima ſenſerint antiqui, hæc dicta ſint.

Text. 10. Conſiderandum, vſq; primum quidem igitur.

Continet autem caput duas concluſiones, ac ponit ſeptẽ rationes ad primã, octo aũt ad ſecundam; prima autẽ concluſio huiuſmodi eſt; animam ignem eſſe & ſeipſum mouere, ut vult Democritus eſt impoſſibile. Ponit deinde primã rõnẽ dicẽs quoniã prius eſt oſtenſum, q̃dq̃d mouetur, moueri ab alio, & nihil a ſeipſo moueri, tertia ratio eſt, quoniã bifariã dicitur aliquid moueri: aut per ſe, vt q̃d habet in ſe motum: aut p alterum, ut quod cum non moueatur, in eo eſt quod mouetur, ut nauta ſedens in naui. Hæc ſiquidem per ſe mouetur, ille aũt per accidẽs, igitur. Quęritur nũc an anima per ſe moueatur, an per alterum? ſi primo modo, oportet eam moueri augmentatione, diminutione, alteratione, aut vno pluribus horum motuũ. Quicquid aũt aliquo horum motuum per ſe mouetur, eſt in loco, & eiectum corpore. Anima ergo & corporea, & in loco eſt, q̃d quidẽ eſt abſurdum; ſi conceſſerint per alterum, ut albedo & nigredo, nullus diffitebitur, utpote, quæ in eo (q̃d mouetur) exiſtat. quia mouetur corpus, ſed eam tunc accidit, & conſequitur non moueri, quare nec ſeipſam mouere. Deinde ponit tertiam rõnem, dicens, q̃m quęcunq; ſenſibilium mouentur, motum ſecundum naturã & motum uiolẽtum uidemus accidere eiſdem. Itaque & animæ, motus ſecũdum naturam, & uiolẽtus acciderẽt, quare & quieſceret nunc ſecundum naturam, nunc aũt ſecundum vim, in quod. n. aliquid mouetur ſecũdum naturam, & in eo natura quieſcit: in quod aũt ſecundum vim, uiolenter quieſcit: ſed quis animæ uiolẽtus motus, ſi ſeipſam moueat? ſimiliter quæ natura quies? quæ uiolenta? ergo impoſſibile eſt, &c. Deinde quartã ponit rõnem, dicẽs: ſi anima ſit ignis, ut ponit Democritus, ignis autẽ ſolum ſurſum moueatur: ergo & anima ſolum ſurſum mouebitur; & cũ anima ſit ipſa quæ corpus mouet, & ipſum quoq;, & animal unumquodq; natura ſurſum mouebitur: ſed hoc eſt abſurdũ. Et ita agimus contra eos q̃ ex aliquo aliorũ elemẽtorum illam poſuerũt: Nam ſi eſſet terra, ſemp deorſum agitaretur, ſi aqua, in locũ aquę,

& ſi aer,in locũ aeris. Deinde quintam ponit rationem,dicens: ſi anima moueat ſeipſam, etiã rationabile eſt corpus moueri conſimilibus motib⁹, eo qđ ipſa uidetur mouere corpus.& rurſus, ſi anima ſeipſam moueat, & moueat corpus,rõnabile eſt,animam ſe agitare talibus motibus, quibus & ipſa corpora uidemus agitari,etenim corpora delatione ferri videmus,delatione ergo & mutatione loci ferr̃ anima,& exire continget animam & regredi, & animalia mortua iacentia reſurgere.Itaq;, unicum confugiũ ipſis eſſe videtur,animam per alterũ & per accidens moueri dicere.& cũ anima,aliquo ſecũdum uim impellitur, & animam quoq; id per accidens pati,ergo nõ mouebitur per ſe. Namq; cui aliquid per ſe conuenit, illud per accidens eidem non conuenit,neque ediuerſo, ut quod eſt per ſe bonũ, nõ eſt bonum per accidẽs & per alterũ; & neque qđ eſt per accidẽs bonũ, id eſt per ſe bonũ. Neq; dicere poſſunt, motus ſenſibilium peculiares & proprios eſſe animæ,quibus ſeipſam moueat, nam ſine exterioribus ſenſum excitare nõ poteſt. Et ſic dicendũ eſt de appetitu, & cæteris. Ponit deinde ſextam rationem, dicens, quia id ipſi fatentur, animam vt animam moueri,eſſentiaq; eſſe motum.quod aũt mouetur, videmus ſeorſum a motu ſtare;quare,etſi de anima ita futurum ſit, ſtabit ſeparatim à ſua eſſentia, ſed quo pacto id ſiat? Melius eſt igitur confiteri ipſam moueri ſecundũ accidẽs. & non per ſe, ac motum eius eſſe ſubſtãtiæ. Septimam & vltimam huius cõtextus rationẽ ponit, dicens: Democritus aſſerens ſpherales atomos, ſemper agitare corpus, quod nuſquã nati ſint manere: pſimile dicit Philippo comędiarũ ſcriptori, Dedalum olim ligneolã Venerem feciſſe, quę (fuſili argẽto infuſo) ſe moueret. Sed quęritur a Democrito, quid cauſa quietis animalis ſit? nũquid dicet ſemp mobiles atomos, & quæ ſeſe quietare non poſſint? & certè non ſic moueri videtur animal, ſed voluntate & intellectu. Et Plato ſimilia Democrito afferebat, nempè animam ſeipſam agitando ſimul mouere corpus, quod corpori ſit adiecta,ac alligata.Inquit.n.ipſe: Cũ animæ opifex Deus eam rectam condidiſſet,circumflexit in orbem,quem in geminos ſecuit,quorum unus circũdaret, & alter interior haberetur. Interiorẽ rurſum comminuit, & in ſeptem ſecuit:quam ſeptenariam ſectionem rurſum glomerauit in orbẽ; quapropter(inquit) cęlum torquetur in gyrũ,quod anima ſit circulus,quæ in harmonicos diuiſa circulos, & ex his vt elementis conflata, ſuo motũ corpus torquet & euoluit.Ex harmonicis ſiquidem conflata circulis, & numeris canoris, quo dulcẽ illã ſemper poſſideat harmoniã:& quo emodulatos, ſempiterno motu afferat, ciatq; gyros?ſed primum Plato occurrit arguendus, quod animam fecerit magnitudinem,& maximè eam quã vult eſſe rationalem & intellectum: Nam hæc de anima mũdi intellexit, quam vt puram mentem eſſe intẽdit, & non qualis ſenſitiua,uel qualis appetitiua, quæ ſe per directum foras profundunt,ſuoſque exercent actus.

Tex.11.Quidem igitur, vſque, alia autem opinio.

QVoniã poſuit Platonis opiniõnẽ, nunc eã reprobat, & eſt ſecũda cõcluſio, quę probatoctõ rõnibus, dicens intellectus, magnitudo, ſiue circulus,ſiue globus (vt vult Timęus) impoſſibile eſt eſſe. Deinde ponit primam rationem,dicens:omnis magnitudo continua eſt, quod eius particulæ finiunt in terminum commu-

communem, ac in ipſo copulantur. Intellectus autem hoc pacto continuus eſſe non poteſt, ſed (vt intelligibilia) vnus eſt; aut omnino impartibilis, aut non vt magnitudo, continuus. Deinde ponit ſecundam rationem, dicens, quomodo intelligetur, cum velit Timæus ipſi opus eſſe tactu & appropinquatione reb⁹, quas ſit percepturus: ſi qualibet parte intelligat, & partes eius ſint puncta, cũ ipſa ſint infinita, infinita trãſibit; Si partes ponis magnitudines, continget ipſum infinities idem intelligere, quod ſemel intelligere ſufficeret, ſi non qualibet parte, ſed toto curuamine, totiuſque contactu, ad quid erunt contactus partium? & quomodo totum tangendo intelliget: cuius nulla parte tangendo intelligat? quomodo intelliget indiuiſibile, ſi indiuiſibili, non toto curuamine, circuloque, & totius contactu intelligit? neque quidem diuiſibili, quoniam diuiſibile indiuiſibili attactum non habet. Tertiam ponit deinde rationem, dicens, quia oppoſitio intellectus, intellectio eſt, circuli circulatio: qui fit igitur vt intellectus circulus ſit, cuius intellectio circulatio ſit? Quarta ratio eſt: nã circulatio perpetua eſt: Sed intellectus motiones habent finem: actiuæ quidem, quoniam ſunt gratia alicuius, proruere autem in infinitum nõ valent & contemplatrices, quoniam hæ contemplantur aut diffinitione, aut demonſtratione: ſed finita eſt omnis diffinitio, omniſque demonſtratio, & hæ non reflectunť ad principium: ſed potius ſecundum rectũ procedere videntur; circulatio autem ſemper reflectitur ad principiũ: ergo non eſt intellectus circulus, & eius intellectio, circulatio. Quinta ratio eſt, intellectio & operatio mẽtis ſimilior eſt quieti quàm motioni, igitur non exiſtit circulatio. Sexta ratio eſt, quod motus magis videtur eſſe a natura animæ, quã ſtatus magis alienus. Monſtrant hoc ægrotantes, pueri, temulenti, ſenes, ſi ergo continuè & irrequietè moueretur, motus eſſet ei violentus præter naturam, minuſque ſuæ naturæ conueniens ſemper quod eſſe non poteſt. Et ſi dixeris, motum eſſe eius eſſentiam, labemur in prædicta incommoda, & urgebit difficultas, quo intelligeť immota, uidereť enim motum, & ſola mota depræhendere debere, cuius tamen oppoſitum conſtat. Septima ratio eſt, cõſentiunt plurimi, melius eſſe ĩtellectui liberati à corpore, quo detinetur tanquam uinculis, tã quam corpore ſoluto beatior, fœliciorque futura ſit uita, igitur laborioſiſſimum (ut ſentit Timæus) animã mundi & perfectiſſimum intellectũ nunquàm à corporis uinculis poſſe abſolui, neq; cauſam aſſignauit, cur cęleſtes orbes in gyrum torqueãtur. Et ſi quętat cauſam ſi intellectus molis & magnitudinis oĩs ſit expers, cur uoluat in circulum? Dicimus, quia melius eſt & taliter eſſe, quoniã ſit unumquodque optime quàm fieri poteſt. Sed prius conſideratio eſt extranea. Octaua ratio eſt: quia dicit idem. ſ. Plato, animam ſeiungere corpori, ipſam mouere corpus, & corpus moueri: neque diffinit ullo pacto, quale corpus, qualiterue diſpoſitum, ipſam ſuſcepturum ſit, perinde, atque ſine diſcrimine in quamlibet migret, perſimile fabulis Pytagoricorum qui quamlibet animam quodlibet corpus ingredi fingunt: ſed id ita aſſerere, nil aliud eſt, quàm ſi quis putet artem fabrilem tranſire in artem fiſtularum: Vt enim ars utiť proprijs inſtrumentis, ita quoq; anima proprio utiť corpore vt iſtrumento, uideturque uniuſcuiuſq; ani

mantis corpus propriam ſibi uendicare ſpeciem, & formam.

Text. 12. Alia autem opinio, vſque, Rationabilius autem.

POſuit opinionē Platonis & Democriti. Nunc arguit contra opinionem Empedoclis; hoc autem eſt quartum caput, continetque tres cōcluſiones: Ad primam concluſionē ponit quatuor rationes, duas autem ad ſecundam, & ad tertiā vnā. dicit ergo prima concluſio: Anima nō eſt harmonia, vt aliqui dixerūt, fuit enim vulgata & apprime credibilis antiquorum opinio, nulla dicta rum inferior, animam eſſe harmoniam, & corporis ex contrarijs compoſiti compoſitionem, cōmixtionē, contemperamentumque contraria, & aduerſa (ne diſſoluantur) concilians. Hanc enim compoſitionē, cōpoſitorumque proportionem vocāt harmoniam. Et hæc in communibus congreſſionibus cōiter reprobata eſt opinio; quæ quidem opinio quod iterum uera non ſit, oſtendimus. Deinde ponit primam rationē, dicens, quoniam harmonia, proportio quædam eſt eorum quæ ſunt mixta, aut mixtorum compoſitio: hoc ipſi concedunt; ſed anima neque proportio neque compoſitio eſt, ergo non eſt harmonia. Secunda ratio eſt: harmoniæ non eſt mouere, ſed id eſſe animæ omnes concedunt, ergo nō eſt harmonia. Tertia ratio eſt: harmonia potius aptari debet corporeis uirtutibus, ut ſanitati, pulchritudini, robori, quam de ipſi animæ, immò ipſi difficile aptari poſſe uidetur, & ſic harmonia non eſt. Quarta ratio eſt; harmoniæ duabus potiſſimum ſignificationibus utimur, prima magnitudinibus accommodata eſt, quæ ita cō nexæ ſint, ut nihil inter eas conſimilis naturæ percipiatur ad ſe in ſe inuicem mouendum, & ad cæteras naturæ functiones exercendas, optima proportione nexæ. Secunda dicta eſt compoſitorum adinuicem ratio & proportio, ſed animam ut ſenſitiuū, appetitiuum, intellectiuum, nullus uocabit aptam adinuicem magnitudinum collocationem, Neque compoſitorum proportionem, quoniam uaria eſt in eodem elementorum, & compoſitorum proportio, ut alia eſt carnis, alia nerui, alia oſſis, ergo erūt in quolibet corpore animato plures animæ: & ſic non eſt anima harmonia. Deinde reprehendit Empedoclē dicens, & ab Empedocle liceret inquirere, (qui ſingulas corporis partes, carnē, os, neruum, propriā mixtionem & proportionem habere cenſet) an putet huius proportionem eſſe animam? ſi ſic, profecto fatetur eiuſdem eſſe plures animas, & alio, & alio tempore alias; ſi non: an ſit omnium concordia? & utrum hæc etiam ſit ratio? an à ratione & proportione aliud? & ſi non eſt proportio ſingulorum, cur anima diſſoluta, talis proportio diſſoluitur? & contra, cur proportione diſſoluta diſſoluatur anima? his dubijs eſſet Empedocles urgendus; ſed diximus animā non à ſe moueri, non in circulum, nō eſſe harmoniam, ſed eam eo (in quo continetur) moto corpore, ſecundum alterum, & per accidens ſimul agitari.

Text. 13. Rationabilius &c. uſque, Multum autem his quæ dicta.

NVnc improbat quādam aliam opinionem, & eſt ſecunda Cōcluſio, dicens. Non quia animā gaudere, triſtari, timere, confidere, iraſci, ſentire, miteſcere & intelligere, dicere conſuetudinem traximus; animam oportet moueri primam rationem deinde ponit dicens; Licet gaudere, triſtari,

triſtari,confidere,timere,iraſci, & ſẽtire quodammodo concedantur motus,non tamen ſunt in anima, ſed ab anima in corporeis organis ſuſcepta, in hoc quod aliqua paſſa ſint,aut mota,aut alterata. Secunda ratio eſt; dicere animam iraſci,uel timere;perinde eſt atque ſi quis dicat eam texere uel ædificare. Et ſanè, melius eſt hominem per animam triſtari,gaudere, confidere,timere,iraſci,miſereri, aut ſentire;quia hi motus non in ea ſint. De intellectu autem ſecùs uidetur; cum ita ut ſubſtantia quædam intus ineſſe uideatur, & non aboleri, aut corrumpi,cuius intelligentia & contemplatio non uaneſcit, impediturue aliquo exteriore oblæſo, ſed interiore. Si enim corrumperetur,aboleretur,impedireturue,hoc maximè fieret ab iunaleſcentia ſenectæ, in qua omnia ſenſoria organa labefactari percipimus,rapique temporis edacitate; id autem uitium in anima non fit; ſi enim ſenex haberet oculum ut iuuenis,utique uideret ut iuuenis, tamen uidendi opinio impeditur corporeo & exteriore oblæſo inſtrumẽto,& corpore paſſo, quemadmodum temulentis & ægrotantibus accidit; quare intellectus incorruptibilis, impatibilis,& aliquid diuinius eſſe videtur,cuius intelligentia & contemplatio,non niſi aliquo interiore lęſo aut indiſpoſito impeditur: ſed & de hoc aliàs futurus eſt ſermo.

Tex.14. Multum autem,uſque,alij autẽ corpus ſubtiliſſimum.

POſt improbationem Democriti, & Platonis,nunc improbat opinionem Xenocratis. Et hæc eſt tertia Concluſio, dicens, neque animam numerum eſſe ſeipſum mouentem: tamen à Xenocrate aſſertum,ſentiẽdum eſt; Deiude ponit primam rationem dicẽs, quia ita dicentem ſequũtur omnia incommoda, quæ animã à ſe moueri ſequuntur,aſſerentes: & alia quædam peculiaria, & propria, quod ipſam numerum eſſe aſſerat. Secundam rationem ponit,dicens:quoniam cum quicquid mouetur ſectile ſit,veritates aut impertibiles: quo pacto mouebunt ſeipſas. Tertia ratio eſt,dicũt punctum motu ſuo lineam conflare,& linea motu ſuo planum, quomodo ergo vnitas motu ſuo nõn efficiat lineam? Quod ſi ita ſit, poſitionem habebit,eritque punctus. Eſt enim punctus, vt vnitas poſitionem habens. Quarta ratio eſt: ſubtracta vnitate numeri, alius relinquitur numerus,ſubtracta autem parte,anima eadem manet, deciſa enim pleraque animalia, deciſæque plantæ viuunt, ergo anima non eſt numerus. Quinta ratio: nihil refert vnitates conſtituere eſſentiam animæ,& vt Democritus volebat atomos, ſi enim Democriti corpuſcula,vt puncta intelligas, quæ tamen molem relinquant, & vnitates molẽ, quid prohibet atomorum Democriti partem eſſe mouentem,& partem motam? Et in unitatum collectione aliquid quod moueatur, ut in noſtra ipſa magnitudine? Et id quod mouebit, non quidem ſe,ſed aliud, anima potius dicendum erit. Quod enim in animali mouet, anima eſt,nõ id quod mouetur. Quare neq; id quod mouet & mouetur. Sexta ratio eſt. Vnitates animam cõſtituentes differẽtiam habent, & quã habere poſſunt conſtituendo animã, niſi poſitionem habeant, vt puncta? Et cum non conſtituant, poſitione careant? & ſi duo puncta ſunt ſimul, quare non infinita ſimul erunt? & in diuiſibilẽ ſubſtantiam obtinebunt? quorum enim locus indiuiſibilis, & ipſa indiuiſibilia ſunt. Septima ratio eſt: ſi anima ſit puncta; cum omne corpus puncta contineat in ſe infinita,

ta, cur non omne corpus animam habeat? Octaua ratio eſt: quod dicant quo pacto intelligant puncta ſeparari poſſe, niſi lineam intelligant ex punctis abire compoſitam, & in puncta diuidi, quod non erit anima numerus, neque puncta.

Text.15. Alij autem corpus, vſque in finem.

QVoniam improbauit antiquorum opiniones, qui venabantur animam per viam motus, nunc improbat prout venabantur animam per viam cognitionis. Diuiditur autem hoc caput in quatuor Concluſiones; & duas ponit rationes ad primam, octo ad ſecundam, & vnam quæſtionem poſt quartam Concluſionem, Timæique reſponſionem, ac eius improbationẽ. Prima Cõcluſio eſt huiuſmodi, cum dicit: anima nõ eſt incorporea, eo modo quo exiſtimant, quod ſit ex corporeo, & quidem ſubtiliſſimo, quod incorporeum appellant. Deinde ponit primam rationem, dicens, quia pleraque allata huic poſitioni accidũt incommoda: & quædam alia ſpecialiora: nam cum anima in toto ſentiente corpore ſit, ſi ſit corpus, duo corpora erunt ſimul ac ſe occupabunt. Sed eſto, dicas eam ex numeris & pũctis, ſimul cum vno numero erunt multi numeri, & cum uno puncto ſimul multa puncta, ut totum corpus animã habeat: niſi dixeris aliquem aliũ iterum ſuperuenire numerum. Secũda ratio eſt: Quoniam neque hi, neque qui animam ponunt eſſe numerum, non modo animam, non ita poſſe diffinire videntur, ſed nec eius accidentia aſſignare, quomodo enim ex his cogitationes, ſẽſus, voluptates, dolores, & cętera huiuſmodi fieri aſſignabuntur, non facile eſt modos commentari & fingere.

Secunda Concluſio eſt: quod nõ opus eſt animam ex elementis conſtare, quo ſingulis ſingula cognoſcat: Arbitrantur enim hi non cognoſci res niſi à rebus ſimilibus, quare anima ex ipſis rebus conſtituta ſit oportet. id ita non eſſe oſtenditur. Prima ratio eſt: quoniam non ſolum ſunt elementa, ſed alia quamplurima, & pene numero infinita; ſi ergo ex ſolis elementis ſit, quonam pacto Deum cognoſcet? quo hominem, carnem, oſſa? non enim hæc ſunt elemẽta, ſed ex quadam elementorum adinuicẽ proportione, (vt dixit Empedocles, vt de oſſe, ſcilicet, quod os compoſitum eſt, quia terra eſt coaptata in amplis diffuſionibus: nam elementum terræ multum abundat in oſſibus, ita quod huiuſmodi elementum ſortita eſt duas partes ex octo partibus, quatuor autem partes dederunt Vulcano ſiue igni: nam oſſa alba facta ſunt quia ibi multum eſt de igne, & vnam partem dederunt aquæ, & vnam aeri, diuidebat enim elementa in octo partes: & in aliquibus mixtis erant plures de vno elemento: & in aliquibus verò plures de alio: in oſſe autem dicebat eſſe hunc modum mixtionis, quod ibi erant duæ partes terræ, nihil ergo proderit elementa eſſe in anima, niſi & ipſæ compoſitiones, rerumque proportiones adſint; quare ſi cognoſcit os, hominem, lapidem, bonum, non bonũ, & os, & homo, & lapis, & bonum, & non bonum erunt in anima ſecũda, cum ea quæ ſunt: hæc ſecundum ſubſtantiam dicantur, hæc ſecundũ quãtitatem, hęc ſecundum qualitatem, & ſic de cæteris prædicamentis, an elementa ſolum ſint ſubſtantiarum? qđ ſi ſic, quomodo cognoſcet accidentia, quantitatem, qualitatem, & huiuſmodi? an ſolorum accidentium? ſed dicat tunc, quomodo cognoſcet, ſub-

ſubſtātiam, ſubſtantiamq; compleat atque conſtituat? An erunt elementa ſubſtantijs & Accidentibus communia? & id quidem per ſeipſum ſtatim impoſſibile videtur, anima enim Subſtantia eſt & ex principijs Quātitatis naſcetur Quātitas, & nō Subſtantia, & ex principijs Qualitatis, Qualitas. Tertia autem quoniam incōueniens eſt, ſimile cognoſcere ſuū ſimile, & ſentire ſuum ſimile: & tamen ſimile non pati a ſimili, vt volunt; eſt enim ſentire, pati, & cognoſcere ſimiliter. Quarta ratio eſt Empedoclis ſententia corporeis elemētis, animam elementorum ſimilia deprehendere. Atqui animaliū partes quæ ſimpliciter terreæ ſunt, vt oſſa, pili, nerui, nihil omnino ſentiunt: ſi tamen eſſet vera ſententia Empedoclis ſentirent. Quinta ratio eſt, quod vnicuique principio maior erit ignoratio quam cognitio: Quoniam vnū ſolum (vt ſimile) cognoſcet, cætera omnia ignorabit. Sexta ratio eſt, qđ Empedocles Deum omnium ignorātiſſimum facit: Nam ſolus diſcordiā non cognoſcet, quam cætera etiam cognoſcent, cū ex omnibus conſtent, inquit enim Deum (quem ſphærum vocat) ex quatuor elementorum cōmixtione, ſola conueniente concordia prodijſſe. Septima ratio eſt, dicat Empedocles quomodo omnia animata non ſint? cum omnia, aut omnib. aut vno (vt vult) conſtent elemento. Quodcūque ergo aut omnia, aut plura, aut vnum cognoſcere neceſſe eſſet. Deinde octauam ponit rationem dicens, quod præclarius id eſt quod continet, quam id quod continetur, elementa autem potius contineri videntur, & conditionem ſequi materiæ. Quicquam igitur clarius oportet exiſtimare animam, quæ vt domina vt gubernatrix, vt temperatrix dominetur. Et potiſſimbm ipſam mentem longe diuiniorem, & natura dominatricem eſſe, & elementis priorem, nō autem ipſa elementa, (vt cōrendunt) eſſe prima omnium; Deinde ponit tertiam Cōcluſionem, dicēs: nullus antiquorum adhuc de tota anima attigit: nam qui per motum eam diffinierunt, non plane attigerunt, ſunt enim pleraque animalia quę ſic ſunt ſuæ ſedi affixa, atque cohærentia, vt ſe nunquam alio transferant. Hæc autem uim motiuam non habent: cuius quidem vſum numquam exercēt itidem & plantæ; Neque qui per ſenſum, nam plantæ vt ſtirpes uiuere cōceduntur: ſenſuum tñ expertæ ſunt. Neque qui per ſenſum & intellectū: nam nō modo ſtirpes & plantas, ſed multa animalium, intellectus, rationiſq; cognoſcimus expertia; Neque propter eadē, qui per ſenſum & motū. Falſum & id eſt, quod de carminibus proferūt: ac exponūt Orphei, animam ſpiritalem vento ferri, anheli tuq; attrahi: Quoniam id plantis, id animalium multis conuenire non poteſt. Non.n. plantæ & animalia reſpirant omnia) & qui eam, ſ. animā conflatam ex elementis uolunt eſſe, non ex omnibus eſſe compoſitam tenere neceſſe eſt: nam, ſufficeret altera contrarietas, & ad ſe & ad ſuum pernoſcendum contrarium. Eſt.n. rectum, & ſui & obliqui iudex & regula, obliquū uerò, neque recti neq; ſuimet index eſt. Deinde ponit quartam Cōcluſionem, dicens: ſententia illorum minimè probanda videtur, qui animam toto perfuſam, permixtamque vniuerſo cenſuerunt. Hac de cauſa poterat moueri Thales, vt omnia plena Dijs aſſereret: At id non uidetur, nam, qua ratione igni perfuſa & aeri, animal non efficiat? cum ſimpliciorum corporum perfectiores putent animas, perfuſa añt confuſis & mixtis corporibus animal efficiat, v-

trum

trum voluerint antiqui ignem & aerem animata eſſe, ſanè hoc apparebit dictum ſine ratione; Aut ignem & aerē animata eſſe, & tunc quoque quæ animam habebunt, non erūt animata, & falſę innitebātur rationi: qđ (quia quælibet pars animalis eadem ſpecie exiſtit) pars ergo aeris, pars aquæ, animal conſtituens, animata ſit hac ratione: quare & aerem & aquā, eadem anima perfuſam & animata eſſe neceſſe eſt. Ita certè dicentes, plu ris faciunt noſtris, elementorum animas, ut immortales, indiſſolubileſq;, noſtros autem diſſolubiles. Deinde ponit quæſtionem cum ſubdit, dicēs: cum animal uegetet, nutriatur, indoleſcat, minuatur, cum ſentiat, audiat, uideat, olfaciat, guſtet, & tangat, cum gaudeat, appetat, miteſcat, triſtet, iraſcatur, confidat, metuat, amet, odiat, ſecundum locum ſe agitet, ſerpat, natet, obambulet, ſe in aera volatu ſuſtollat, cum contempletur, intelligat diuidat, componat, ratiocinetur, an omnia hæc a tota proficiſcantur anima? an a diuerſis? an hæc ab una parte, hæc ab altera, illa verò iterum ab alia? Reſponderunt aliqui, planè alio vegetare, alio ſentire, alio appetere, alio mouere, alio contemplari & intelligere: ſed quomodo? ſi plures ſint animæ, ſi ſint diſſectæ, eas ſuſtineri, contineri que (ne ſe diſſocient neue effluant) oportet. Id. n. corpus efficere non poteſt, quin potius animæ officium eſt, (ne concidat ne defluat) continere. Indigebunt igitur altero cōtinente, quod (quicquid id fuerit) verius animam dicere licebit. Et de illo continente iterum licet inquirere an ſectum, an diuiſum ſit? Quod ſi ſic indigebit iterum alio cōtinente, & hoc abibit in infinitum. Aut tandem dabitur vnum, quod uerius animæ naturam imitabitur. Secundò, ſi tota anima totum corpus cōtinet, ſi partes habeat diſcretas, ac diuiſas, & pars partem continebit. Sed quam obſecro potius continebit intellectus? eis non liceat fingere. Tertio deſectæ plautæ oſtendunt, per totum eandem animam ineſſe: & cō ſimili uita partes uiuere, ac ſimilem uirtutem habere. Si ſurculum, ſi ramum iterum terra obrueris: alimentum ſumit. Radicem, inſtrumentum attrahendi, aptius ſibi format atque aggenerat. Ita potentiæ animalis in animali non ſeparantur, ut ſenſitiuū à uegetatiuo. Vegetatrix uerò & plā tis & animalibus ſola communis inuenit, in plantis a ſenſitiua ſeiuncta, ſed in animali, nunquam. Nota quod quamdiu planta eſt una continua, & quamdiu animal annuloſum non diuiditur, tādiu eſt ibi una anima numero ſecundum actum, diuiſa autem plāta, uel diuiſo huiuſmodi animali, ī qualibet parte reſeruabitur anima, & illæ partes habent eandem animā non numero ſed ſpecie.

FINIS.

COMMENTARIA IN LIBRVM SECVNDVM DE ANIMA.

Textus Primus. Quæ quidem a prioribus: vſque. Vnde non oportet quærere.

QVoniam ſecũdum antiquorũ opinionem determinauit philoſophus de anima; nunc ſecundum opinionẽ propriam tanquam a principio de ipſa agit, dicens quæ dicta ſunt ab antiquis de anima, ſunt illa quæ dicta ſunt, igitur tanquam ex principio redeamus, tentantes determinare quid eſt anima: & q̃ erit ratio communiſſima ipſius, nota, quod de anima poteſt dari duplex diffinitio, una communis, alia propria, communis eſt, ex eo quod anima eſt actus corporis organici: ſic & quælibet forma eſt actus ſuæ materiæ. propria verò diffinitio de anima inueſtigari poteſt cognoſcendo eius potẽtias: quoniam ex diuerſitate potentiarum animæ, vt ꝑut aliqua anima dat ſuo corpori quod uiuat ſolum; aliqua uerò quod uiuat & ſentiat; & aliqua quod uiuat, & ſentiat, & intelligat. Ideo nunc agit ſecundum communẽ diffinitionem, vnde ſubdit, quod nos vtique dicere poſſumus, ſubſtantiam eſſe vnum quoddam genus, eorum quę ſunt, i. eſſe quoddam Genus Entis, & huius quidem ſubſtantię aliud quidẽ ſe hẽt ſicut materia qđ ſecundũ ſe nõ eſt in actu; aliud autem ſe habere dicimus quaſi formam & ſpeciem ſecundum quam dicitur hoc aliquid in actu: & eſt dare tertiam ſubſtantiam quæ eſt ex his compoſita, videlicet ex materia, & forma, & alia cõpoſitum: ex qua diuiſione habere vult quod anima quæ eſt forma eſt quid ſubſtantiale uel ſubſtãtia. Aliam diuiſionem deinde ponit, dicẽs, qđ eſt autẽ materia quædam potentia ſpecies autem ideſt forma eſt endelechia. i. perfectio & actus. Aliam deinde diuiſionem ponit dicẽs qđ hoc. i. actus dr̃ dupliciter, nã hoc quidẽ eſt ſicut ſcientia. i. ſicut actus primus. illud autẽ eſt ſicut conſiderare. i. ſicut actus ſecũdus, ex hac autem diuiſione habere vult quod anima ſit actus non quilibet: ſed primus actus; maxime autem ſubſtantię videntur eſſe corpora & de numero horum corporum maximè ſunt ſubſtantiæ corpora phyſica q̃ ſunt principia aliorum. Nota quod cum dicit corpora eſſe maximè ſubſtantias, non quod maximè habeant eſſe, vel quod plus habeant de entitate quam alia: ſed dicũtur maximè eſſe ſubſtantiæ: quoniam maximè ſunt manifeſtæ noſtris ſenſibus, & corpora phyſica ſunt magis ſubſtantiæ quã corpora artificialia, quia artificialia ſunt ſubſtantiæ ſolum ratione materiæ, phyſica uerò & materiæ & formæ; deinde venatur aliã particulã. ſ. animam eſſe actum corporis phyſici habentis vitam, dicens quod phyſicorum corporum alia quidem habẽt uitam, alia autem non. vitam habere dicimus id quod per ſeipſum alimentũ

Digitized by Google

& augmentum & decrementum habet cum corpora animata per ſe nutriantur,& habeant augmentũ & decrementum,oporter,huiuſmodi corpora habere vitam,ergo anima eſt actus corporis phyſici,non cuiuſlibet, ſed habentis uitam. Deinde venatur illam particulam non quocũque modo: ſed,potentia, dicẽs, quare omne corpus phyſicum participans vitam, ſupple,in actu, Subſtãtia erit: Subſtãtia autem ſic ſicut compoſita, & ſubdit; quoniam autem eſt corpus & huiuſmodi corpus,ſ.compoſitum quod eſt habens vitam,ſ.in actu,adde ergo quod corpus quod ponitur in diffinitione animæ, non eſt huiuſmodi corpus compoſitum, ſic habens vitam: nec etiam vtique corpus quod ponitur in diffinitione animę eſt ipſa anima, eo quod huiuſmodi corpus non eſt eorum quæ ſunt in ſubiecto, ſed magis eſt ipſum ſubiectum, uel ſicut ipſa materia,igitur ſi corpus quod ponitur in diffinitione animæ non eſt corpus compoſitum actu habens vitã;nec eſt ipſa anima quæ eſt in corpore ſicut in ſubiecto:ſed huiuſmodi corpus ſe habet ſicut ſubiectũ & materia:namq; quod eſt tale,eſt potentia habens uitam,igitur anima eſt actus corporis Phyſici organici habẽtis vitam, non quocũque modo, ſed in potẽtia. Deinde cõcludit diffinitionẽ dicẽs,qđ neceſſe eſt ergo aĩam ſubiectã eſſe ſicut ſpẽm.ſ.ſicut formã & corporis Phyſici.ſ.naturalis potentia uitam habentis. & anima eſt ſubſtãtia,quæ eſt actus,& quid huius,ergo corporis.ſ.potẽtia vitã habẽtis actus ſcilicet eſt; Deinde quędã alia declarat circa hanc diffinitionem, dicens qđ actus dr̃ dupliciter,alius aũt ſicut ſubſtãtia.i.actus primus, alius aũt ſicut conſiderare.i.actus ſecundus patet autem quod anima ſe habet ſicut ſubſtãtia.i.ſicut actus primus;nam in exiſtẽte animã.i.p hoc qđ anima exiſtit in animalibus & sõnus & vigilia eſt in ipſis animalibus.vigilãtia.n.eſt proportionabile,uel eſt ſimile ipſi cõſiderare,i.ipſi actui ſecũdo; Sõnus autẽ eſt ſimile ipſi habere ſciẽtiã,& nõ operari per eam;in eodem ergo ſcientia prior eſt generatione,quàm conſiderare,vnde ſequitur quod anima eſt actus primus corporis Phyſici organici potentia vitam habentis: ſed cum hoc ſit commune omni animę, eſſe ſic vt actum primũ,diffinitio data de anima,eſt communiſſima quantum eſt ex parte actus,nam in eodem potentia præcedit actum generatione,vel tẽpore,licèt ſimpliciter actus præcedat potentiam. Deinde oſtendit diffinitionem prædictam eſſe cõmunem,dicens quodcunque corpus cuius ſcilicet actus eſt anima, tale eſt organicum. Nam organa antẽ & partes plantarũ ſunt: ſed huiuſmodi organa vel huiuſmodi partes ſunt quaſi penitus ſimplices, ideſt non habẽt tantam diuerſitatem ſicut partes, & organa animalium; quod autem in plãtis ſit aſſignare organa,patet:quia folium eſt vt operimentum corticis, vel illius partis vbi fructus oritur,& pars illa vbi fructus naſcitur facta eſt gratia fructus,radices verò in plãtis ſunt ſimiles ori:nam vtraque trahũt alimentum, per ora enim animalia trahunt alimentum,plantæ verò per radices; nota,quod organum dicitur omne illud,quod eſt ad aliud ordinatum, ideo & folia ſic dicuntur, licet ibi non ſit tanta differẽtia organorũ quanta in animalibus; vnde ſubdit, quod ſi oportet dicere eſſe aliquid commune in omni anima, id eſt ſi oportet dicere eſſe aliquam diffinitionem communem omni animæ, erit vtique iſta, quod anima eſt actus primus corporis phyſici organici,

Tex.2.

Tex. 2. Vſque. Quoniam autem ex incertis. &c.

HIc vult oſtendere Philoſophus illam diffinitionem eſſe conuenienter aſſignatam; dicendo, Vnde manifeſtum eſt, quod non oportet q̄rere, ſi vnum ſit aīa & corpus: quemadmodum nec oportet quærere, ſi ſit vnum cera, & figura; neque omnino vniuſcuiuſq; materia, & cuius eſt materia, hoc namque vnum & eſſe, cum multipliciter dicantur quod proprie actus eſt. Deinde oſtendit hanc particulam diffinitionis animæ, quod eſt actus ſubſtantialis & primus, eſſe bene aſſignatam, dicens, quod vniuerſaliter quidē igitur dictum eſt quid ſit anima, quia eſt ſubſtantia ſicut forma & actus, a qua ſumitur ratio & diffinitio rei: hoc eſt autem qđ quid erat eſſe. i. actus eſſentialis primus, & ſubſtantialis huius corporis, ſcilicet naturalis. Sicut ſi aliquod organorum artificialium eſſet corpus Phyſicum, ideſt naturale ſicut dolabra: ſi eſſet hmōi eſſe vel forma dolabræ: oporteret eſſe dolabræ ipſius ſubſtantia, & quia anima eſt forma corporis naturalis, ideo eſt ſubſtantia, & eſt actus primus ipſius corporis; vnde ſubdit, quod diuiſa autē hac, ideſt ſeparata forma dolabræ a dolabra ipſa, nō erit perfecte amplius dolabra: vel ſi erit dolabra, hoc eſt æquiuocè: nunc autem eſt dolabra quia dolabra non eſt corpus naturale, ſed artificiale, ideo diuiſa forma dolabræ, adhuc remanet dolabra: ſed anima non eſt quod quid eſt eſſe, & ratio corporis artificialis, ſed corporis naturalis, quia eſt anima forma corporis huiuſcemodi, habentis in ſemetipſo principium motus & ſtatus: & quia omne tale corpus eſt naturale, anima eſt forma corporis naturalis, & per conſequens eſt actus ſubſtantialis primus. Nota, quod differentia eſt inter corpus naturale & artificiale: quia forma corporis artificialis non eſt ſubſtantia, nec actus primus, ſed forma corporis naturalis eſt ſubſtātia & actus primus: animæ quia eſt forma corporis naturalis, erit ſubſtantia vel actus ſubſtantialis, & primus; quare ſicut per rōnem primam probatur animā eſſe actum, ſic per hanc oſtenditur eam eſſe actum ſubſtantialem & primum. Deinde oſtendit animam eſſe actum corporis phyſici organici, dicendo, quod diximus de anima, ſ. actus corporis phyſici organici conſiderare oportet in partibus potentialibus animę; nam ſi oculus eſſet animal, viſus vtiq; eſſet anima ipſius, quia hoc eſt ſubſtantia oculi, quæ eſt formalis, & ſecundum rationem, oculus autem eſt ſubiectū & materia ipſius viſus, quo viſu deficiente, non eſt adhuc oculus, nec remanet oculus, niſi æquiuocè, ſicut oculus lapidis, aut depictus, qui nō eſt niſi æquiuocè oculus; oportet ergo accipere quod eſt in parte corporis, vt in oculo eſſe in toto corpore uiuēte proportionaliter: nam ſic ſe habet pars potentialis ad partem corporis, ſicut ſe habet ſenſus viſus ad oculum, ſic ſecūdum quod huiuſmodi ſe habet totus ſenſus; i. tota anima ſenſitiua ad totum corpus, ergo tota anima eſt actus totius corporis, in quo ſunt nerui, oculi, aures, & diuerſa organa motiua vel ſenſitiua; igitur cum tale corpus ſit Phyſicum & organicum, ſequitur quod anima ſit actus corporis Phyſici organici. Quoniam non eſt aliquod corpus animatum in quo non ſint diuerſa organa deſeruientia uel ad nutrimentum, uel ad augumentum, uel ad motum, uel ad ſenſum, idcirco nulla eſt anima quæ non ſit corporis phyſici actus, nihil enim ingreditur diffinitionem,

tionē, niſi quod eſt forma, aut quod habet ordinē ad formā iō philoſ. partē formalē appellat partem ſecundū rationem: & quod quid erat eſſe. Deinde oſtendit bene dictum eſſe animam eſſe actum corporis potentia vitam habentis, dicens quod corpus quod eſt potentia ens, vt viuat, & cuius actus eſt anima, non eſt abijciens animam, ſed eſt illud quod eſt habēs animam, ſemen autem & fructus, eſt potentia hābens corpus; quod ſcilicet non eſt actu habens animam, ſed eſt in potentia abijciente actum, & ſic vigilantia eſt actus ſicut quædam inciſio & viſio ideſt, ſicut actus uidēdi vel vt vigilantia; ſed vt viſus ideſt virtus viſiua, & vt potentia organi eſt anima; anima ergo eſt ſicut actus primus: & ſicut id quod eſt primum principium ipſius operis vel ipſius actus ſecūdi: corpus autem eſt id qđ eſt habens animam & actum primū: & in potentia eſt ad actum ſecundū, ergo non eſt animal ſemper coniūctum actui ſecundo; ſed ſicut pupilla & viſus eſt oculus, ſic & ibi anima & corpus eſt animal. Deinde concludit animam quantum ad aliquas ſui partes, etiam ſeparabilem eſſe à corpore, dicendo quod quidem ergo non ſit anima ſeparabilis à corpore, aut quædam partes ipſius animæ nō habent dubium: ac non eſt immanifeſtum, ſi partibilis eſt anima à corpore ſecundum eas, nam anima ſecundum aliquas ſui partes eſt actus quarundam ipſarum partium corporis: at verò ſecundum quaſdam partes ipſius, nihil prohibet animam ſeparari, propter id quod nullius partis corporis ſunt actus. Nota tamen, quod quamdiu anima intellectiua eſt corpori coniuncta, tamdiu intellectus eſt aliquo modo à corpore ſegregat?; & aliquo modo non, eſt enim ſeparatus, quoniam non eſt virtus organica, nec immediatè perficit ipſum corpus, ſed immediatè fundatur in ipſa eſſentia animæ: dicitur autem aliquo modo non ſeparatus à corpore, quoniam ſemper in ſui operatione vtitur phātaſia, & organo corporali. Deinde ad quandam Platonis ſententiam deſcendit, quia dicebat ipſe, quod anima coniungitur corpori, ſicut nauta naui, dicens amplius non eſt adhuc determinatum ſatis, ſi anima ſit corporis actus, ſicut nauta nauis, & ſubdit, quod figuraliter quidem, ergo ſic determinet de anima, ſicut deſcripſimus, & ſicut de ea determinauimus ſupra in communi.

Text. 3. Quoniam autem ex incertis, vſque, Vtrum autem vnumquodque.

NVnc venatur philoſophus diffinitionem propriam vnicuique animæ, poſt communem, dicens; quoniam autem aliquid quidem de numero incertorum: fit autem aliqd per aliquid certius: & ſecundum rationem notius; & quia ſic eſt, tentandum eſt ſic aggredi de ipſa anima vt habeamus de ea diffinitionem certā, & dicentem cauſam, non enim diffinitiuam rationem oportet oſtendere ſolum, quia ſicut plures de numero terminorū ſiue diffinitionum dicūr: ſed etiam oportet diffinitionem oſtēdere, & demonſtrare cauſam ineſſe ideſt cauſam quare proprietates, & paſſiones inſint. Namque diffinitio triplex eſt; Vna eſt Demonſtrationis Concluſio; Vt ira eſt accenſio ſanguinis. Secunda eſt demōſtrationis principium; Vt ira eſt appetitus doloris in contrario pōteſt prima concludi per ſecundam, quæ ſecunda dicitur propter quid diffinitio; prima autem dicitur, quia, quæ magis imperfecta dicitur. Tertia diffinitio eſt complectens vtramque, vnde per ſimile manifeſtat, dicens, quia multæ diffinitiones

nitiones ſunt concluſæ per terminos alios ſiue per diffinitiones: concluduntur enim multæ diffinitiones per terminos ſeu per alias diffinitiones, vt ſi quæratur quid eſt thetragoniſmus: diffinitio inquam dicens eſſe orthogonium æquilaterale æquale ſuperficiei, altera parte longiori: talis autem terminus ſiue talis diffinitio eſt concluſio Demonſtrationis; & eſt dicens quia. Sed diffinitio dicens qd thetragoniſmum eſſe inuentionem mediæ rei, dicit cauſam; & propter quid. Deinde diſtinguit diuerſos modos viuendi, dicens; dicamus quod accipientes principium intentionis noſtræ diſtingui, & differre animatū ab inanimato, ergo ſecundum diuerſa opera uitæ diuerſimode etiam eſt notificanda anima, quoniam dicitur quatuor modis, ſi ſolum vnū aliquid horū inſit, dicimus viuere ipſum cui ineſt; ſunt autem modi viuendi, videlicet, vegetatiuum, vt in plantis; ſenſitiuum, quod eſt in animalibus imperfectis; ſecundum locum motiuū, ut in animalibus perfectis; & intellectiuum, quod eſt in homine, hoc autem quadrupliciter anima cognoſci habet per quatuor opera vitæ, ſcilicet per opera intellectus, ſenſus, motus ſecundum locū, & per nutrimentum, augmentum, & decrementum, & in his animab. ſemper perfectior continet imperfectiorem. Deinde ſpeciales & proprias diffinitiones accipere dicens; vnde quod ſic eſt vt diximus, & vegetabilia omnia videntur viuere, quoniam videntur in ſeipſis habentia potentiam & principium huiuſmodi per quod ſuſcipiunt augmentum & decrementum: & hoc ſecundum contrarios locos: non enim vegetabilia augentur quidem ſurſū, non autem deorſum: ſed ſimiliter in vtroque ſuſcipiunt augmentū, quod eſſe non poſſet niſi ab anima: omnino autem quæcunque aluntur quouſque in finem poſſunt accipere alimētum, viuūt; per principium quod eſt anima. Deinde oſtendit quod alia à vegetatiuo non ſeparantur; ſed ipsū poſſe ab alijs ſeparari, dicendo quod ſeparari autem eſt poſſibile ſcilicet vegetatiuum ab alijs: alia autem in mortalib. impoſſibile eſt ſeparari ab hoc ideſt à vegetatiuo; quod autem hoc ſit uerum, manifeſtum autem eſt in uegetabilibus & plantis: quia in ipſis neque una alia potentia animæ ineſt præter vegetatiuum: ſed ipſum quidem igitur uiuere ineſt omnibus viuentibus: propter hoc principiū, ſ. propter animam vegetatiuam quoniam ipſa eſt principium quo uiuimus ſimiliter oſtendit hoc eſſe de tactu qui non ſeparatur reſpectu aliorum ſenſuum, dicens, quod animal eſt animal propter ſenſum primum qui tactus eſt: & namque quæ non mouetur non ſunt mutantia ſecundum locum: habentia autem tactus ſenſum, animalia eſſe dicimus & non viuere ſolum (quia ſufficit ad hoc quod ſit animal, ut habeat ſenſum tactus.) namque multa ſunt de numero animalium quod videntur eſſe huiuſmodi cum ſint manētia natura. i. naturaliter habent ſolum hūc ſenſum; Deinde oſtendit hunc ſenſum ab alijs ſeparari, dicēs, quod ſenſus tactus primo ineſt omnibus animalibus: quoniam ſicut vegetatiuum pōt a tactu ſeparari: & ab omni ſenſu, ſic & tactus ſeparari poteſt ab alijs ſenſibus, quoniam ſimile eſt de vegetatiuo reſpectu omnium aliorum: & de tactu reſpectu omnium ſenſuum. namque ſicut uegetatiuum reſeruatur in omnibus alijs, ita & hic &c. Deinde concludit animam eſſe principium omnium iſtorum, dicens, qd vegetatiuum autem dicimus partem potētialem ſeu potentiam huius animæ

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

mæ quæ uegetatiua participant, & potentiam tactiuam eſſe dicimus per quam omnia ánimalia uidentur eſſe habentia tangendi ſenſum. at propter quam cauſam utrumque horũ accidit, quod potẽtia uegetatiua ineſt omnibus uiuentibus, & poteſt ſeparari ab alijs, & non contra, & potentia tactiua omnibus ineſt animalibus, & poteſt ab alijs ſenſibus ſeparari, & non econtra; Cur autem hoc contingat, dicemus poſt. Nunc autẽ ſolum intantum dictum ſit, quod anima eſt principium omnium horum quæ ſunt dicta, & eſt principium uegetandi & ſentiendi & intelligendi & ſecundum locum mouendi, & huiuſmodi anima eſt diſtincta in rebus animatis uegetatiuo, ſenſitiuo, intellectiuo, & motiuo ſecundum locum.

Tex.4. Vtrum autem, uſque, Quoniam autem quo uiuimus.

DIſtinxit animam per has potentias, ſ. vegetatiuũ, ſẽſitiuũ, & c. nunc inquirit quomodo hæ potentiæ ad animam comparẽtur, dicens, quod poteſt quæri utrum unaquæq; harum potẽtiarum eſt aïa, aut eſt pars potentialis animæ, & ſi eſt pars, utrũ ſit pars ut una harum potentiarũ ſit ab alia ſeparabilis diffinitione ſolũ, aut ſit ſeparabilis ſubiecto. Namque proprietates & accidentia quædam ſunt diſtincta ratione & diffinitione, & eſſentialiter ab inuicem, non tamẽ ſubiecto & loco, ut ſi in eodem pomo & in eadem parte, & in eodem loco uel ſubiecto eſſent color & ſapor, adhuc iſta duo differunt eſſentialiter, ſed non differunt ſubiecto & loco: unde ſubdit, quod de quibuſdã harum potentiarum non eſt difficile uidere quomodo ſunt ſimul, & quomodo diſtinguuntur: quædam autem habens dubitationem, nam in uegetabilibus & ſenſibilibus, eo quod talia magis nobis ſunt nota, non eſt difficile uidere quomodo talia ſe habẽt: ſed dubiũ ſupple, eſt, de ratione & intellectu; facile eſt hoc uidere in aliquibus, ſicut apparet in plantis & in uegetabilibus, quædam enim uegetabilia diuiſa & ſeparata abinuicem, uidentur & uiuentia eſſe tanquam exiſtẽte in his una quidem anima actu, in utraque parte plantarum, pluribus in potentia. Deinde oſtendit hoc eſſe facile uidere in ſenſibilibus, dicẽs quod ſic uidemus accidere & circa alias differentias animę, ut in enthomis deciſis. i. ut in animalibus quæ deciſa uiuunt, cuiuſmodi ſunt annuloſa: quia & in talibus utraque partiũ deciſarum habet ſenſum & motum ſecundum locum, ſi autem habẽt ſenſum & phantaſia, habent & appetitum, quia ubi eſt ſenſus, ibi eſt dolor & lętitia, ubi autem hæc ſunt, ex neceſitate & deſideriũ eſt. i. appetitus; igitur ſicut in plantis potentiæ uegetabiles non ſunt diuiſæ loco & ſubiecto, ſic & in animalibus ſenſitiuũ, æſtimatiuum, appetitiuum, & ſecundum locum motiuum, non ſunt diuiſa loco & ſubiecto, quoniam deciſo animali qualibet parte eius hæc omnia poſſunt reſeruari. Sed de intellectu & perſpectiua potentia nil adhuc plenè eſt manifeſtum, quomodo ád alias potentias ſe habeat; ſed videtur hic eſſe alterum genus potentiarum, & hoc ſolum genus potentia rum] ſeu hanc ſolã potentiam uidetur contingere ſeparari ab alijs, ſcilicet a uegetatiuo & ſenſitiuo, quemadmodũ ppetuũ a corruptibili, reliquæ autem partes potentiales animæ manifeſtum eſt ex his quæ dicta ſunt qđ nõ ſunt ſic ſeparabiles ſicut quidam dixerunt, ut Platonici, vt ſuprà diximus, quod volebat Plato concupiſcibile eſſe in corde, & nutritiuã in hepate; ſed appetitus & cõcupiſcibilis

ſequitur

ſequitur omnem partem ſenſibilem, & non hepar tantum, quoniam vbicunque eſt ſenſus, ibi eſt fantaſia & appetitiua. Deinde oſtendit quomodo hæ potentiæ ſunt diſtinctæ, dicens, quod ratione autem hæ potentiæ ſint alteræ & diſtinctæ; patet, nam ſenſitiuo & opinatiuo eſt altera diffinitio, & altera ratio, ſiquidem ſentire ſit alterum ab ipſo opinari, ſimiliter & vnumquodque aliorũ quæ dicta ſunt, ideſt unaquæque aliarum potentiarum de quibus diximus differt ab alia, ſi actus eius differt ab actu alterius: namque potentiæ animæ diſtinguuntur p actus, ſicut actus per obiecta, quare, ſi ſentire & opinari & alij actus aliarum potentiarum differunt ab inuicem, oportet ſenſitiuum, & opinatiuum & potentias alias ab inuicem differre. Deinde oſtendit has potentias differre ſubiecto & loco, dicens, quod quibuſdam animalium inſunt omnes huiuſmodi potentiæ, quibuſdam verò inſunt quædam aliarum potentiarum, alteris autem ineſt vnum ſolum, & hoc eſt quod facit differentiam animaliũ: & adde etiam, quod hoc eſt quod facit differentiam inter omnia animata, & inter huiuſmodi potẽtias, quoniam ſecundum quod aliqua animatorum, vel aliqua animalium, habẽt plures, uel pauciores de huiuſmodi potentijs, ſic ſunt magis, vel minus perfecta: at propter quã cauſam hoc ſit perfectum, quod hæ potentiæ ſic diſtinguũtur & loco & ſubiecto: quia aliqua reperiuntur in vno ſubiecto, & in vno animato, quæ non reperiũtur in alio, poſterius eſt intendendũ, ideſt circa finem huius libri; Id autẽ quod accidit circa omnes huiuſmodi potentias ſimiliter autem, & accidit circa ſenſus, quia alia quidem animalia habent omnes ſenſus, alia vero habent aliquos; ſed quædam animalia habent ſolum vnum maximè neceſſarium, vt tactum; ſi autem aliquæ potentiarum reperiuntur in aliquo animato & aliquæ in alio, contingit potentias illas non ſolum differre ratione & diffinitione, ſed etiam loco, & ſubiecto.

Text. 5. Quoniam autem quo viuimus, vſque, Potentiarum autem anima.

IN parte iſta docet nos Philoſophus, quod ad perfectam diffinitionem animæ, oportet quod diffinitioni ſpeciali ſuperaddatur etiam diffinitio communis, dicens: quoniam quo viuimus & quo ſentimus, dicitur dupliciter, ſicut & quo ſcimus; dicimus autem hoc per quod ſcimus eſſe quidem ſcientiam, illud autẽ eſſe animam, vtroque enim horum tam ſcientia quam anima dicimur ſcire. Similiter autem & quo ſanamur eſt dupliciter; quoniam aliud quidẽ eſt ſanitas, aliud autem quo dicimur ſanari, tamquam parte quadam corporis, aut tamquam & toto corpore, horum aut quibus ſanamur & ſcimus, ſcientia quidem & ſanitas ſe habet ſicut forma & ſpecies quædam: & ſicut ratio & vt actus ſuſceptiuorum, à quibus primo & principaliter egredi tur agere; & addit quomodo ſcientia & ſanitas ſunt actus & forma ſuſceptiuorum, dicens, quod hæc quidem ſupple, ſcientia, eſt actus & forma ſcientifici, ideſt animæ ſcientificæ; illa uerò ſupple ſanitas, eſt actus & forma corporis ſanabilis, ex hoc ergo vult habere, quod ad ipſum agere oportet, vt ad ipſum ſcire, vel ad ipſum uiuere, aliquid cooperari ſubiectum; quoniam in patiente diſpoſito, uidentur actiuorum ineſſe actus, nam ſemper propria forma requirit propriam & diſpoſitam materiam; Igitur, cum animæ diffinitio ſpecialis eſt, quo primo intelligitur quantum ad animam

mam humanam: ſed cum anima ſit forma corporis, oportebit in diffinitione mentionem facere de corpore quo diſſinitio illa corporis addenda eſt his diffinitionibus ſpecialibus ut habeatur animæ diffinitio completiue, & ſic diffinienda erit, ſ. quòd anima eſt actus corporis quo primo viuit, uel eſt actus corporis quo primo entit; ſtantibus ergo his, ſubdit, quod anima aut eſt hoc quo primũ & principaliter uiuimus, ſentimus, mouemur, & intelligimus. Quare vtique erit ipſa anima ſicut quædam ratio & ſpecies, & non ut materia & ſubiectum. Deinde adducit aliam rationem, dicens quod ſicut diximus, quod duplex eſt dicta ſubſtantia, quarum hoc quidem eſt ſpecies, illud uerò materia, aliud autem eſt ex vtriſq; compoſitum: horum autem triũ materia eſt quidem potentia, ſpecies autem eſt actus, poſtea ex utriſque eſt ipſum animatũ, ergo materia & corpus ſunt partes animati; oportet ergo alterum horum eſſe formam & actum alterius: ſed corpus non eſt actus animæ, ſed oportet ipſam animam eſſe actũ ipſius corporis, ergo anima erit actus & forma. Namque nunquam ex duobus fit uerè vnum, niſi unum illorũ ſe habeat ut actus, aliud uerò ut potentia; Quare, ſi ex anima & corpore fit animatum, oportet vnum eſſe actum reſpectu alterius: ſed corpus non eſt actus animę, erit igitur anima actus eius. Deinde oſtendit quod oportet facere mẽtionem ſpecialem de corpore, dicẽs, & propter hoc quod anima eſt actus & forma corporis, bene opinãtur quibus videtur, neque animam eſſe ſine corpore, neque eſſe aliquod corpus; corpus enim quidem non eſt anima, eſt tamen anima aliquid corporis, quia eſt forma & actus eius, & propter hoc anima eſt in corpore, & in corpore huiuſmodi ſcilicet apto & diſpoſito, idcirco non eſt adaptanda quæcunque anima ad quodcunque corpus, ſicut quidam antiquorum faciebant, nihil tamen diffinientes, in quo & quali corpore oporteret animam eſſe; & non iniuria reprehenſibiles ſunt, cum non videatur anima recipere indifferenter quodlibet corpus contingens, ſic autem fit & ſecundum rationem, ſi proprię animæ proprium corpus adaptetur, quoniam actus vniuſcuiuſque in potentia exiſtentis in materia diſpoſita & propria aptus natus eſt fieri. Forma nanque ut forma, ſemper eſt in materia; quid autem ſi contingat animam à corpore ſeparari, quandiu ſeparata manet, non eſt forma materiæ: eo quod non informat ipſam materiam. Deinde concludit, qualiter ſit diffinienda anima, dicens, quod quidem ergo anima eſt actus quidã, & ratio potentia vitam habentis, & eam eſſe huiuſmodi actum quo primo viuitur, ſẽtitur, intelligitur, & fit motus ſecundum locum, manifeſtũ eſt ex his quæ dicta ſunt, ſ. accipiendo tam communem quam propriam diffinitionem, quæ diffinitio amplectens has, ſit una tantum quæ eſt tota demonſtratio, differens poſitione.

Tex. 6. Potentiarum. vſque, Manifeſtũ igitur eſt, quoniam eodem.

IN hac uerò parte, vult Philoſophus enumerare potentias ipſius animæ, ac oſtendit, quomodo ſe habent huiuſmodi potẽtiæ ad inuicem: ex quibus clarius apparet ſumendam eſſe diffinitionem tam communem quam propriam, dicens, quod potentiarum quæ dictæ ſunt alijs quidem inſunt omnes, ut hominibus; alijs uerò quędam harum, ut animalibus alijs; quibuſdam uerò una ſola, ut plantis, huiuſmodi potentiæ ſunt

Vege-

Vegetatiuum, Senſitiuum, Appetitiuum, ſecundum locum motiuum, & intellectiuum. Deinde oſtendit quomodo ſe habent ad inuicem, dicens, quod ineſt plantis vegetatiuum ſolum, alteris autem animatis, vt animalibus, ineſt huiuſmodi potētia ſcilicet vegetatiuum, & ſenſitiuum: ſi autem in eis ineſt ſenſitiuum, ineſt quoque & appetitiuum: hæ ergo potentiæ ſic ſe habent ad inuicem, quia vegetatiuum poteſt ſeparari à ſenſitiuo, ſed ſenſitiuum non poteſt ſeparari ab appetitiuo, appetitiuũ enim eſt ira, deſiderium, & voluntas. Namq; Appetitiuũ eſt duplex; intellectiuũ, vt voluntas, & ſenſitiuum; & hoc diuiditur in iraſcibilem, & concupiſcibilem, & ſic omnes appetitus erunt tres, ſcilicet deſiderium ſiue concupiſcibilis, iraſcibilis, & voluntas. Sed quoniam dixit quod ea quæ habent ſenſum, habent & appetitum, ideo hoc probat dicens, quod animalia omnia ſaltem habent vnum ſenſum, vt tactum: cui autem ineſt ſenſus tactus, huic & lætitia & triſtitia, & dulce, & triſte ineſſe poteſt, & quib. hæc inſunt, ineſt & concupiſcentia, & per conſequens, appetitus, quoniam concupiſcentia eſt appetitus rei delectabilis. Nota, quod ſenſus tactus ſi iungatur cum aliquo diſconuenienti, dolet; ſi verò cum conuenienti, delectatur: quia delectatio & dolor non poteſt eſſe ſine appetitu; Hoc idem probat alia ratione, dicens, quod adhuc habentia ſenſum tactus, habent ſenſum alimenti, quia ſenſus tactus, eſt ſenſus alimenti: quia ſiccis & humidis & calidis & frigidis aluntur omnia viuentia, horum autem eſt ſenſus tactus, igitur reſpectu tangibiliũ ſumitur alimentum: alia verò ſenſibilia per accidens faciunt ad nutrimentum, vnde ſubdit: quod aliorum ſenſibilium ſecundùm accidens habet eſſe nutrimentum, nec ſonus, nec color, nec odoratus, quæ ſunt obiecta ſenſuum aliorum, nihil confert in alimentum; Sapor autem etſi aliquid cōfert ad alimentum, hoc eſt quia ſapor eſt vnum aliquod tangibilium, ergo obiecta tactus per ſe faciũt ad alimentum, ſed obiecta aliorum ſenſuum, faciunt per accidens: ſed reſpectu alimenti habet eſſe concupiſcentia, igitur reſpectu ſenſibilium tactus habet eſſe concupiſcentia, & cui ineſt tactus ineſt concupiſcentia; Quod autem alimentum ſumatur concupiſcētia, manifeſtum eſt, quoniam fames, & ſitis reſpiciunt alimentum, & concupiſcentia eſt ſecundum ipſa: quod autem ſit ſic, patet: quia fames eſt concupiſcentia calidi & ſicci: ſitis autē frigidi & humidi. Namque cuicunq; ineſt ſenſus tactus, ineſt ſitis vel fames, cui verò ineſt aliquod horum, ineſt appetitus & concupiſcentia alimenti, igitur cui ineſt ſenſus tactus, ineſt aliquis appetitus, vel concupiſcentia. Sed quoniam guſtus eſt tactus, quidam oſtendit habentia guſtũ habere quoque appetitũ, dicens, qđ ſapor non eſt quiddam delectamentum eorum quæ appetimus per famē vel per ſitim, ergo cui ſapor ineſt, & delectatio quoque, & per genus appetitus. Sed de his certificandum poſterius eſt; nunc autem tantum dictum ſit quod animalibus habentibus tactum, inſit & appetitus. De phantaſia autem quomodo ſe habeat ad appetitum vel ad ſenſum tactus, & vniuerſaliter ad omnem ſenſum, non eſt manifeſtum: poſterius verò erit intēdendum: patet autem quod habentia tactum, habent appetitum; Sed vtrũ horum habeat phātaſiam, nō eſt manifeſtum: quoniam eſt duplex phantaſia, vna indeterminata, & alia determinata, & cui hæc ineſt, non eſt manifeſtũ adhuc. Deinde oſtendit quomodo

D modo

modo ſe habeant ad alias potentias ſecundum locum motiuum,& intellectiuũ,dicens,quod quibuſdam animalibus ſupra vegetatiuum, ſenſitiuum,& appetitiuum,ineſt & ſecũdùm locũ motiuum,ergo hoc eſt aliquid ſuperadditum alijs potentijs,& alia poſſunt ſeparari ab ipſo, & non econtra, & alteris ſuper omnia hęc ineſt,intellectiuum,& intellectus, vt hominibus; & ſi aliquid alterum eſt huiuſmodi habens intellectum ſicut homo,aut ſit eo honorabilius, dicetur poſt.

Tex.7. Manifeſtum, vſque, Neceſſariũ autem eſt debentem.

POſt harum potentiarum diſtinctionem, ſpecialiter deſcendit Philoſophus ad demonſtrandũ quomodo accipienda ſit communis, & quomodo propria, de anima diffinitio,dicens,quod manifeſtum eſt quoniam eodem modo erat vna diffinitio animæ ſicut figuræ. Nam neque ibi,ſupple in figuris, eſt aliqua figura præter triangulum,& quadrangulũ, & alias figuras quæ ſunt conſequenter; ſic neque ex parte animatum eſt anima aliqua communis ſeparata pręter vegetatiuam,ſenſitiuam, & alias ſpeciales animas; & quidem in figuris fiet vna communis diffinitio, quæ conuenit quidem omnibus figuris, nullius autem figuræ erit propria. Similiter etiam in animalibus aut in animabus ſe habebit, quod aſſignabitur,ratio ſiue diffinitio communis, q̃ conueniet omnibus animabus, nec erit propria alicuius. Deinde increpat Platonem, dicens ridiculum eſſe quærere communem rationem,& in his,& in animabus, & in alteris reb. naturalibus,quæ diffinitio nullius erit,vel nulli conueniet eorum, quæ ſunt propria; igitur debet eſſe talis diffinitio communis animæ,quæ conueniat cuilibet animæ propriæ, vel cuilibet animæ ſpeciali; neque ſufficit quærere talem rationem communem,dimittentes ſpecialem rationẽ, ſcilicet ſecundum propriam & indiuiduam ſpeciem, quia non eſt dimittenda ſpecialis ratio. Deinde oſtendit, quomodo quærenda ſit diffinitio propria, dicens,ſimiliter ſe habent ei quod eſt de figuris,ea quæ ſunt ſecũdùm animam; nam in figuris & in rebus animatis ſemper in eo, quod eſt conſequenter,& poſterius, eſt potentia,ideſt virtualiter id quod eſt prius, vt in thetragono virtualiter quidem eſt trigonum, quia omnes angulos quos habet trigonus, habet thetragonus,& adhuc plures; & in ſenſitiuo virtualiter eſt vegetatiuũ, quoniam quicquid poteſt vegetatiuum, poteſt ſenſitiuum,& adhuc amplius, ſine enim vegetatiuo, ſenſitiuum non eſt; ſed à ſenſitiuo ſeparatur vegetatiuũ, vt in plantis,quæ tenent intimum locum inter animata, & eſt primus gradus animatorũ. Deinde determinat de alio gradu animatorum,ſcilicet de animalibus imperfectis,dicens,quod iterum quidem quod poteſt tangere ideſt ſine tactu:neque ſine eo vnus id eſt nullus eſt aliorum ſenſuum, quoniam tactus eſt ſine alijs ſẽſibus, multa namque animalia non habeat omnes ſenſus,vt quæ carent viſu, auditu,& huiuſmodi, ſed habẽt ſolùm tactum, hæc inquam ſunt in ſecundo gradu,ut animalia imperfecta. Deinde determinat de tertio gradu animatorum, dicens,quod ſenſitiuorũ alia quidem habent motiuum ſecundùm locum, vt animalia magis perfecta, alia autem non habent, vt imperfecta: in tertio ergo gradu ſunt animalia perfecta,quibus animalibus competit vegetatiuum,ſenſitiuum, & ſecundùm locum motiuum. Deinde de quarto gradu determinat, dicẽs, q̃d vlti-

vltimum & minimum inter animata eſt, habens ratiocinationem, & intellectum, quibus enim corruptibilium ineſt ratiocinatio, his & reliqua omnia inſunt; ſed quibus ineſt unūquodque aliorum, non omnibus ineſt ratiocinatio & intelleā⁹; ſed cui ineſt, ineſt intellectiuum, ineſt uegetatiuū, ſenſitiuum, & ſecundùm locum motiuum: at non dicitur ad conuertentiam, quia intellectiuum in mortalibus alia omnia præſupponit, ſed nullum aliorum dictorum præſupponit ipſum, vnde quibuſdam animalibus neque imaginatio ineſt, ſed quædam animalia viuunt per ſolam imaginationem: cur autem ęhc poſſint habere imaginationem abſque intellectu, eſt, quoniam de ſpeculatiuo intellectu alia eſt ratio quam de imaginatione, & propter hanc diuerſitatem poteſt illa potentia ineſſe alicui animali, præter iſtam. Deinde concludit, dicēs, quod manifeſtum eſt per habita, quod cum ſint tot animatorum gradus, de vnoquoque eorum ſumenda eſt ratio ſiue diffinitio propria; ſcilicet, qđ anima eſt actus corporis quo primo viuitur, primo ſentitur, & ſic de alijs.

Text. 8. Neceſſarium autem eſt, Vſque. Quare primum de alimento.

DOcuerat aſſignare diffinitionē communem & propriam; nūc intendit de vnaquaque harum potētiarum agere, dicens, quod neceſſarium eſt autem debētem facere perſcrutationē de potentijs his, accipere quid eſt vnaqueque harum potentiarum: poſtea autem inueſtigare de his quæ conſequuntur potentias; aut etiam oportet inueſtigare & de alijs, vt de organis ipſarum potentiarum. Deinde oſtendit quo ordine eſt determinandum de potentijs prout cōparantur ad actus & obiecta, dicēs, quod ſi oportet dicere quid eſt vnaquæque harum potentiarum, vt qđ eſt intellectiuum, ſenſitiuum, & uegetatiuum, prius adhuc dicendū eſt quid ſit actus, vt quid ſit intelligere, & quid ſentire: nam actus & operationes ſecundum rationem diffinitiuam, ſunt priores potentijs: ſi autem ſic eſt, prius eſt dicendum de actibus, quam de potentijs, prius.n.dicitur dupliciter, ſ. prius quo ad nos, & pri⁹ ſecundum naturam; certum eſt autem, priores ipſis potētijs eſſe actus, quo ad nos, quia anima noſtra tenet infimum gradum. Deinde ſubdit, qđ adhuc oportet conſiderare oppoſita, idest, obiecta, tāquam priora his actibus; propter eandem cauſam oportebit determinare de illis obiectis, quā de actibus, vt prius determinandum erit de alimēto, & de ſenſibili, & intelligibili, quæ ſūt obiecta dictarū potentiarum, quam de ipſis actibus.

Tex. 9. Quare primum de alimento, Vſque. Eſt autem anima viuentis.

SEquitur de huiuſmodi potentijs ſecundum prædictum modū: quoniam diximus, prius determinādum eſſe de obiecto, & actu, quam de potentijs; & rurſus, quoniam prius determinandum eſt de obiecto, & actu potētię prioris, quā poſterioris, vnde ſi eſt ſic, primo dicendum eſt de alimento, quod eſt obiectum vegetatiuæ potentiæ, & de generatione quæ eſt actus eius. Nam vegetatiua anima ineſt primo alijs, & vegetatiua quæ eſt potentia animæ ſecundum quam viuere ineſt viuentibus, cuius opera ſunt generare, & vti huiuſmodi alimento. ſ. potētia eſt maximè cōmunis, ergo primum de illa dicēdum eſt; Deinde probat quædam quæ ſupp oſuerat, ſ. quod potentia cuius eſt generare, & alimento vti, eſt maximè communis viuentibus, ideo dicit,

inter opera quæ competunt viuentibus, naturaliſſimum eſt ipſum generare, vnde ſubdit, quod quæcunque viuentia perfecta & non orbata quæ habent generationem ſpontaneam, poſſunt facere quale ipſum, ideſt, quę queunt generare vt animal, animal generare, planta autem plantam: & hoc faciunt & ſic generāt quatenus huiuſmodi generabilia ſecūdum qđ poſſunt participent ipſo ſemper eſſe, & ipſo eſſe diuino & immortali; hic enim Philoſophus loquitur abſolutè, quia ipſe poſuit mundum nūquā deficere; vnde hic notat Com. ad hoc quod aliquod animatū generet, tria requiri, primum, quod animal ſit perfectum quantum ad tempus, & ideo pueri, & quæcunque animata imperfecta, non generant ſecundum tempus; ſecundum debet eſſe non orbatum. i. non diminutum aliquo membro, vel aliqua alia occaſione; tertiū debet non habere ſpontaneam generationem. i. non eſſe generatum ex putrefactione, quia huiuſmodi animalia ſic generata non generant; dicuntur talia habere generationē ſpōtaneam, quoniam videntur per ſeipſa generari, eo quod non habent generās propriæ ſpeciei: talia dicit Com. generari per ſe. Deinde adducit illā rationem omnia apperere illud participare eſſe diuinum, & perpetuari in eſſe, & illius cauſa agunt omnia quacunque agunt ſecundum naturam. Diſtinguens primo de fine, dicit, quod illud cuius cauſa ſit aliquid eſt duplex, hoc quidem cuius cauſa ſit vt finis extra, i. finis non inhærens, illud verò, quo eſt aliquid vt forma & finis intra; ſi ergo omnia ſic appetunt eſſe diuinum, quoniam generabilia & corruptibilia nō poſſunt cōmunicare ipſo ſemper eſſe: & diutina continuatione. i. continuè propter id quod nihil corruptibiliū idem & unum numero poteſt permanere, ſecundum quod poteſt participare diuinum eſſe, ſic vnumquodque participat ipſum hoc quidem magis, illud verò minus, quia quædam ſunt & viuunt magis, quædam verò minus, nihil tamen generabilium idem numero ſemper eſt, idcirco eſt data eis virtus generatiua, vt quod idē numero non poteſt continuari, idē ſpecie continuetur; vnde ſubdit, quod generabile non permanęt idem, ſed ut idem, quoniam numero quidem non manet vnum & idem, ſpecie autem manet vnum & idem.

Tex. 10. Eſt autem anima viuentis, Vſque. Quoniam autem eadem, &c.

QVoniam probauit ipſum generare eſſe communiſſimum propter quod eſt attribuendum communi potentiæ, ſ. vegetatiuæ; nunc oſtendit opera huius eſſe ab ipſa anima, dicens, quod anima eſt cauſa & principium uiuentis corporis, ſed cauſa & principium multipliciter dicitur, ſcilicet, quadrupliciter; attamen, anima licet non ſit cauſa corporis ſecūdum omnes quatuor modos, tamen ſecundum tres modos dicitur cauſa eius: etenim, eſt ipſa anima cauſa; vnde eſt mouens cauſa reſpectu corporis, & eſt finis eius; & tertio, anima eſt cauſa animatorum, ſicut ſubſtātia. i. ſicut forma ſubſtantialis. Deinde probat animā eſſe in triplici genere cauſæ, dicens quod quidem igitur ſit ſicut forma ſubſtantialis corporis patet: quoniam forma ſubſtantialis eſt omnibus cauſa ipſius, omne enim eſſe eſt a forma, & quicquid eſt cauſa rebus, quantum ad ipſum eſſe, eſt forma rerum, ſed viuere viuentibus eſt eſſe, & anima eſt cauſa & principiū horum uiuentium quod ſint, & uiuant, ergo eſt forma eorum. Alia ratio eſt, cum ſubdit, dicens, amplius

autem anima eſt ratio, & actus eius, quod eſt in potētia,ſ.corporis, quod eſt in potentia habens uitam, adde modo tu,ergo anima eſt forma eius, quoniam quod eſt ratio & actus alicuius,eſt forma eius. Deinde probat animam eſſe cauſam finalem,dicens, manifeſtum eſt, quod anima eſt cuius cauſa gratia alia fiunt,i.cauſa finalis, qui ſicut intellectus aut ars facit aliquid gratia huius.i.propter finem, eodem modo natura operatur gratia alicuius,& hoc eſt finis ipſius, cuius gratia operatur,hoc autē cuius gratia operatur natura in animalib⁹, eſt anima, ergo ipſa eſt finis animalium,vel finis corporum animatorū. Deinde oſtendit animam eſſe quodammodo finem omnium corporum Phyſicorum,dicens,& ſecundum naturam, i.eorū corporū quæ ſunt ſecū dū naturam ſupple, finis eſt anima: nā omnia phyſica corpora ſunt quodammodo inſtrumenta animæ, ſicut corpora animaliū, & plantarum, & etiam aliorum ſunt tanqrram exiſtentia genere; ergo eſt finis omniū iſtorum. Sed quoniam ſemper ignobiliora ordinantur ad nobiliora, vt aqua & terra,ad plantas ordinātur,hæ uerò ad bruta, hæc autem ad hominē, ideo homo quodammodo erit finis omnium. Deinde diſtinguit de fine, dicens, quod dicitur dupliciter.i.cuius gratia ſunt omnia, ideſt finis extra, & quo ſunt alia,ideſt finis intra: nam anima corporum animatorum eſt finis intra,& eſt illud quo formaliter ſunt, & viuunt corpora animata; aliorum verò corporum eſt finis extra, nec eſt illud quo formaliter ſunt alia corpora,ſed eſt illud, cuius gratia ſunt alia corpora. Deinde oſtē dit animā eſſe cauſam mouentem ipſum corpus,dicens:at verò anima eſt principium primū, & principaliter vnde fit motus ſecundum locum, vnde ſubdit, quod huiuſmodi potentia non ineſt omnibus viuentibus, quia nō omnia uiua mouentur localiter, alteratio autem & augumentum eſt ſecundum animā,quia ſenſus quædā alteratio eſſe videtur, & nihil ſentit quod non habet animam. Similiter autem de augumento & decremēto ſe habet, quia nihil decrementū patitur, neque augumentatur phyſicè niſi alatur,alitur autem nihil, quod nō communicet cum vita, & quod non habeat animam,ergo omnia hæc fiūt per animam, & anima eſt cauſa mouens reſpectu corporis,& eſt cauſa efficiens omnium iſtorum corporum, quæ fiunt in corpore, ideſt quæ fiunt in corporibus animatis. Nota quod augmentum ſumitur dupliciter, ſcilicet cōmuniter,& propriè, primo modo ſumptū,eſt additamentum quantitati præexiſtenti, ſecundū quē modum augentur artificialia, vt lapides parieti, & huiuſmodi, propriè verò eſt cum quęlibet pars aucti eſt aucta, vt in animatis fit, mediante alimento. Nunc remouet errores quorundā.circa hæc dicens; Cum diximus, quod augmentum fit ab ipſa anima, iam Empedocles non recte dixit circa hoc, addens augmentum accidere plantis,nō per animam,ſed ex neceſſitate materiæ, dicebat enim de plantis mittentibus quidem radices deorſum propter id quod terra ſic fertur ſecundum naturam: ſurſum autem mittentibus ramos,propter ignē ſimiliter ſurſum:nam ſicut terra naturaliter fertur deorſum, ſimiliter ignis ſurſum, quod autem hoc ſit verū,aliquo modo patet, ſi in omnibus conſideretur, ſpecialiter in hominibus, unde fœminæ communiter habent groſſa crura, propter frigidam complexionem; & cum frigidi ſit deſcendere: ideo ibi magis ingroſſant, homines verò econtra propter calidiorem

dioré complexionem deſuper ingroſſantur, ideo ſubdit, q͛d Empedocles non bene accepit ſurſum & deorsũ: nam non eſt idé ſurſum & deorſum in omnibus animatis, & in vniuerſo: ſed ſicut caput eſt ſurſum reſpectu animalium, ſic radices ſunt ſurſum reſpectu plantarum, & hoc ſignificat inſtrumenta eſſe eadé & altera operibus: rami ergo in plantis ſunt deorſum, & radices ſurſum, ergo ſurſum in plantis, eſt deorſum in vniuerſo; Adhuc non aſſignabat recte cauſam augmenti, vnde ſubdit, ſupra auté hoc quod arguimus, quid eſt continens ignem & terram, quæ tendunt ad cõtraria loca, diſtrahent enim ac ibunt huiuſmodi elementa in ſpheras proprias, niſi aliquid ſit prohibens & continens illa: ſi verò aliquid tale erit, hoc eſt anima, & ipſa erit cauſa alimenti & augmenti. Deinde remouet alium erroré, quorundam attribuentium augmétum, & alimentum igni, & non animæ, dicens: videt quibuſdam ignis naturaliter ſimpliciter eſſe cauſa alimenti, & augméti, nam & ipſum ſolùm de numero corporum & elementorum videtur eſſe quod alitur, & augmentatur, unde & in plantis, & in animalibus, putabit itaque quis eſſe ignem quod operatur augmentum & aliméntum; ſed improbat hanc opinionem, dicens: ignis autem concauſa quidé eſt quodammodo, vt fiat augmétum & alimentum: nam calor igneus, qui aliquo modo reſeruatur in corpore animato, eſt organum & inſtrumentum, & aliquo modo cooperatur ad augmentum & alimentum, tamen non eſt ſimpliciter ignis, & principaliter augmenti cauſa: ſed magis anima, quoniã huiuſmodi augmentum ignis eſt valde diſſimile ab augumento animalium, ideo dicit, quod augmentum ignis in infinitum eſt quouſque fuerit cõbuſtibile, ſed omnium natura conſtantium, quæ naturaliter augmentantur eſt terminus, & ratio eorum magnitudinis & augmenti. & quoniam habét talem terminum ab anima & ex forma, manifeſtum eſt quod augmentare principaliter eſt ipſius animæ, ſed nõ ignis, & principaliter eſt ipſius rationis & formæ magis quàm materiæ.

*Tex.*11. *Quoniam autem eadem, vſq;, Determinatis autem his.*

OStendit quid ſit actus vegetatiuæ potentiæ; nunc determinat de ipſa Vegetatiua potentia, dicens, quoniam eadem potentia animæ eſt uegetatiua & generatiua, & obiectũ huius potentiæ eſt alimentum neceſſarium, eſt ergo primum de ipſo alimento determinare; quod verò alimentum ſit obiectum potentiæ vegetatiuæ, patet quoniam in hoc opere nutritionis & in agere aliquid circa alimentum, ſeparatur huiuſmodi ab alijs potentijs, vt à ſenſitiuo & intellectiuo. Deinde de alimento determinat, tangens duas conditiones aliménti, dicens, quod prima conditio eſt, quod uſ eſſe alimentũ cõtariũ alito, ſecunda conditio eſt, quod nutriat & augmentet alitum, ideo ſubdit, quod non omne contrarium omni contrario eſt alimentum: ſed quæcunque generatione contrariorum non ſolùm generationem habét adinuicem, ſed & habent augmentum, ita, quod vnũ augmétat & nutrit aliud, & talia habent rationem alimenti: fiunt autem multa ex inuicem, ſed non omnia talia ſe nutriunt & augmentãt, vt fiat ſanum ex laborante, tamen laborans non eſt alimentum ſani, & quod nõ nutrit nec ſaluat, nec augmentat ipſum, erũt ergo hæ cõditiones aliméntis, ſcilicet quod ſit alito contrarium, & quod habeat ſaluare ac augmentare

tare ipſum. Deinde demonſtrat quod alimentũ & alitum, non eodem modo ad inuicem comparan̄t, dicens q̃d autem videntur neq; illa eodem mo do ad inuicem eſſe alimentum, illa enim ſcilicet alimentum & alitum, nõ eodẽ modo comparãtur ad inuicem, nec eodem modo ſunt alimentum ad inuicem, quoniam alimentum alit alitum, & eſt alimentum eius, ſed alitum non alit alimentum, nec eſt ipſius alimentum, ergo hæc duo nõ eodem modo comparãtur ad inuicem: ſed acqua, quæ quidem ſe habet vt alimentum, eſt alimentũ igni, ignis autem non alit aquam, vnde ſubdit, q̃d in ſimplicibus corporibus videtur eſſe maximè quod alitur, videlicet ignis, igitur aliud eſt alimentum, & quod alitur, & aliter comparat alitum ad alimentum, & aliter alimentũ ad alitum; Deinde mouet quãdã dubitationẽ circa hæc, dicens: dubitationẽ autem habet quomodo ſe habeat alimentum ad alitum, dicunt.n. quidam, ſimile ſimili ali, ſicut & augeri, & ex hoc aliqui volebant arguere, quod ſimile ſimili alatur, ſic ergo videtur quibuſdam; ſed alijs, ſicut diximus in libro de generatione econtrario videtur, dicunt enim ſimile ſimili non ali, ſed contrarium contrario. Deinde ad alteram partem vult obijcere, quaſi dicat, rectè diximus contrarium ali cõtrario, & non à ſimili, tamquam impoſſibile ſit à ſimili ſimile ali, alimentum enim mutari, & decoqui oportet, mutatio autem in omnibus aut eſt à contrario in cõtrarium, aut eſt in medium, propterea quod medium comparatum ad contrarium induit rationem alterius contrarij. Aliam rationem adducit, dicens adhuc alimentum patitur aliq̃d ab eo quod alitur, ſed hoc quod alitur, non patitur ab alimentò, ſicut neque artifex non patitur à materia ſed materia patitur ab artifice, artifex autem mutatur ſolum ex ocio in actũ, vt ſi prius nòn operabatur; ſoluit deinde, ad quæſtionem dicens, quod haber differentiam, vtrum ſit alimentũ quod vltimo aduenit, aut quod primo, ideſt refert loqui de alimento primo antequam ſit conuerſum & coctum, & vltimo, ideſt poſtquam eſt iã coctum & digeſtum, ſi autem vtrum que id eſt ſecundum, vtrumque communiter loquamur de alimentò, ſed tamẽ differt, quia hoc quidem eſt nõ coctum, illud verò eſt coctum, vtrobique vtique conuenit alimentum dicere, ſed aliter & aliter de eo eſt loquendum, quoniam inquantum non coctum, cõtrarium contrario alitur, inquantum autem coctum, ſimile ſimili. Quare ergo manifeſtũ eſt quod dicunt quodãmodo vtriq; bene, & nõ bene, quia ſicut actiuum, & paſſiuũ in principio ſunt diſſimilia, ĩ fine verò ſimilia, ſic in principio alimentũ antequam ſit coctum, eſt diſſimile alito, in fine ſimile; igitur, nec eſt dicẽdum ſimpliciter contrariæ ali contrario, nec ſimile ſimili: ſed eſt vt ſic, & ut non, ut diximus. Deinde agit de actibus uegetatiuæ, dicens: quoniam autem nihil alitur non participans uita, animatum utique erit corpus quod alitur, inquantum animatũ eſt, quare alimentum eſt aliquod animatum ordinatum, & in potentia ad ipſum, & hoc non ſecundum accidens, ſed per ſe; patet igitur, quid ſit alere, per ſe; Deinde de ipſa augmentatione agit, dicens, quod alterum eſt eſſe diffinitiuum, vel altera eſt ratio alimento & augumentatiuo, nam nutrimentũ aliter alit, aliter augmẽtat. nam ſecundum quidem quod nutrimẽtum eſt aliquid, quantum augmentatiuũ eſt animati, ſecundũ autem quod eſt hoc aliquid & ſubſtantia eſt alimentum: nam nutrimentũ

ſal-

ſaluat ſubſtantiam aliti, vt eſt hoc aliud & ſubſtãtia, & vſque ad hoc eſt, ideſt, hẽt eſſe, & ſaluat alitũ ipſum, quouſque poteſt accipere nutrimentum. Deinde de actu generationis agit, dicens, quod potentia uegetatiua eſt factiua generationis non eius, quod alitur, ſed quale eſt id quod alitur, potẽtia.n.generatiua nõ eſt principium generationis eius quod alitur, nec eius in quo eſt, ſed eius quod eſt tale quale eſt id quod alitur, & qd eſt ſimile ſibi, quod patet eſſe ſic; quoniam iam ſubſtantia quæ alitur eſt, quod autem generatur non eſt, nihil autem ſeipſum generat, ſed ſaluat, igitur potentia uegetatiua poteſt nutrire & ſaluare illud in quo eſt, ſed non poteſt generare ipſum, quoniam ipſum iam eſt, & nihil ſeipſum generat; vbi animaduerſione dignum eſt, quod aliquid eſt expediẽs indiuiduo, aliquid verò expediens ſpeciei; alimentum autem quãtum ad aliquid, conuertitur in alitum, quantum uerò ad aliquid, tranſit in ſemen. Illud ergo quod in alitum conuertitur, ordinauit natura pro cõſeruatione indiuidui, ſed illud quod tranſit in ſemen, ordinauit ad conſeruationẽ ſpeciei, ſuperfluum ergo alimenti eſt ſemen, quia eſt ſuperfluum indiuiduo in quo eſt, ſed non eſt ſuperfluum ſpeciei, ad cuius conſeruationem ordinatur. Deinde de potentia vegetatiua agit, dicens; quoniam diximus quod alimentum ſaluat ſubſtantiam aliti, & quia potentia uegetatiua eſt potentia quæ alit animatũm, quare manifeſtũ eſt, quod huiuſmodi principium nutritiuum eſt quædam potentia animæ poſſibilis ſaluare ſuſcipiens ipſam ſecundum quod huiuſmodi eſt; eſt igitur diffinitio vegetatiuæ, quod eſt potentia quæ ſecundum quod huiuſmodi eſt, habet ſaluare ſuum ſuſceptiuum, vnde ſubdit, quod alimentum eſt præparata materia, & propria operationi huius potentiæ: vnde priuatum alimento, non poteſt durare in eſſe. Deinde oſtendit, quomodo hoc habet eſſe diuerſimodè, dicens: quoniam autem ſunt tria, qđ alit, & quod alit, & quo alitur, alens quidem primo & principaliter eſt anima prima, ideſt, uegetatiua; quod verò alit, eſt corpus habens hanc animam, quo uerò alitur, eſt alimentum: diuerſimodè ergo cõparantur ad ipſum ſaluare, & ad ipſum alere potentia vegetatiua, & alimentum. Deinde ponit aliam diffinitionem, dicens: quoniam autem a fine iuſtum eſt omnia denominari, finis autem vegetatiuæ eſt generare tale animatum, quale eſt ipſum in quo eſt anima prima.i.vegetatiua, uel ipſa potẽntia vegetatiua erit talis animati, quale eſt ipſum in quo eſt huiuſmodi anima, vel huiuſmodi potentia, primus enim actus vegetatiuæ potentiæ eſt nutrire, ſecũdus augere, & eſt perfectior quam primus, tertius eſt generare ſimile ſibi, & iſte eſt perfectior alijs. Deinde diſtinguit de inſtrumentis ipſius animæ vegetatiuæ, dicens, quod eſt quo alitur dupliciter, ſicut & quo gubernatur, vt manus, & temon; ſicut igitur nauta habet duo inſtrumenta, vnum coniunctum, quod non mouetur ab extrinſeco, vt manum, & aliud ſeparatũ, quod eſt ab exteriori principio, vt temon: ſic anima vtitur calore naturali tanquam inſtrumento coniuncto & alimento tanquam ſeparato, ideo dicit hoc inſtrumentum ſeparatum, eſt mouens & motum, illud autem inſtrumentum coniunctum, eſt tantũ mouẽs; quod autem ſit ſic, patet: quia omne alimẽtum neceſſariũ eſt poſſe decoqui, operatur autem decoctionem calidum, omne autẽ animatum habet calorem quaſi organũ

quò

quo decoquit alimentum. Deinde epilogat, dicens, quod dictum eſt de his ſuperficialiter, ſed poſterius certificandum eſt de alimento rationibus proprijs, fertur enim edidiſſe Ariſtotelem librum ſpecialem de nutrimento & nutribili, & ibi tradidiſſe ſpeciales rationes de huiuſmodi, quod ad nos non peruenit.

Tex. 12. Determinatis, Vſque. Non eſt autem ſimpliciter.

QVoniam determinauit de vegetatiuo, nūc incipit agere de ſenſitiuo, primo inquirēdo quomodo ſe hēt ſenſus ad ipſum ſenſibile, vnde dicit, quod determinatis his quæ de vegetatiuo diximus, de omni ſenſu communiter nūc dicamus ſenſus autem fit vel accidit ipſum fieri in ipſo moueri vel pati aliquid, vt etiam diximus in phyſicis. ſ. quod ſenſus eſt alteratio quædam: ſi igitur ſenſus eſt in quodam pati, & in quodam alterari, ſeu moueri, ſenſus eſt potentia paſſiua; vnde ſubdit, quod aiunt quidam, & ſimile a ſimili pati, hoc autē quomodo poſſibile & quomodo impoſſibile, dictum eſt in lib. de generatione, de agere & pati, nempè num paſſio ſit a contrario vel a ſimili. Deinde adducit aliam rationē quæ probat ſenſum eſſe paſſiuam potentiam, dicens, quod habet dubitationē propter quod ipſorum ſenſuum non ſit ſenſus. i. cur ſenſus nō ſentitur, & iterum quæſtionem habet, cur non faciunt ſenſum ſine his, quæ ſunt extra. i. ſine exterioribus ſenſibilibus, vt in exiſtente igne, & terra, & alijs elementis, quorum eſt ſenſus per ſe; aut eſt ſenſus per ſe ſecundum accidentia, de his igitur eſt dubitatio, quare non ſit ſenſus in actu ſine his ſupple elementis, & ſine accidentibus elemētorum, quorum eſt per ſe ſenſus. Deinde ſoluit, dicens manifeſtū eſt, quia ſenſitiuum non eſt actu, ſed potentia tantum, vnde non ſentiūt ſenſus ſeipſos, nec ſentiunt ſine exterioribus ſenſibilibus, quoniā ſicut combuſtibile non comburit ſeipſum ſine exteriori combuſtiuo, combureret. n. ſi p ſeipſum, & nihil indigeret actu eſſe ignem: ſi combuſtiuum ſimul cū hoc quod eſt in potentia paſſiua vt comburatur eſſet in potentia actiua, vt combureret. ideo ſimile eſt de ſenſu; oportet ſenſum ſecundum quod huiuſmodi eſſe in potentia paſſiua tantum; Deinde vult demonſtrare ſenſum eſſe talem potentiam paſſiuam quod eſt reducibilis ad actū, dicens, quoniam autem ſentire dicitur dupliciter, nam potentia audiens & videns audire dicimus & videre, quoniam dicitur aliquis videns etiam ſi fortè ſit dormiens (ſolum enim quod aliquis ſit cęcus;) etiam ſi dormiat dicitur videns. & etiam dicitur videns quod iam eſt operans & videns in actu, dupliciter vtique eſt dicere, quod ſit ſenſus, potentia. ſ. & actu. Similiter autem & ſentire dupliciter dicetur, videlicet, quod eſt potentia ens tale; vel quoniam eſt actu tale, ſ. ſentiens. quare potentia erit reducibilis ad actum. Deinde dat modum quomodo ſenſus reducitur ad actum, ſcilicet, inquātum mouetur ab obiecto aliquo exteriori agente, dicens primum quidem igitur ſic ſit ſenſus in actu tanquam dicimus quod pati & moueri ſit idem quod actus: & nāq; motus eſt actus, tamen imperfectus, ſicut dictum eſt in tertio Phyſicorū. Deinde agit quod eſt reducibilis ad actum a proprio actiuo vel a proprio ſenſibili, dicens, quod omnia patiuntur & mouētur ab actiuo proprio, & ab eo quod eſt actu ens, ergo ſenſus mouebitur a proprio ſenſibili quod eſt actu tale, qualis eſt ſenſus in potentia; vnde concludit, quomodo ſen-

ſus patitur a ſenſibili, dicens, quod contingit ſenſum pati tanquam a ſimili; eſt autem ipſum pati vt a diſſimili ſicut diximus, patitur quidem quod eſt diſſimile, quoniam in principio ſemper patiens eſt diſſimile, ſed cum paſſum eſt, ſimile eſt. Deinde diuidit, dicens, quod diſtinguendum eſt de potentia & de actu, nam nunc ſimpliciter diximus quæ de ipſis habemus dicere; & primo diſtinguit duplicem potentiam, dicens, quod eſt quidem aliquod ſic ſciens, & ſic in potentia aliquid conſiderare ſicut ſi dicamus hominem eſſe ſcientē: quoniam homo eſt de numero habētium ſcientiam & de numero ſcientium. Eſt autem alio modo ſciens ſicut iam diximus ſcientem eſſe habentē Grāmaticam, & habentem habitum ſciētiæ. Deinde dat differentiam inter hanc & illam potentiam, dicens, qđ vterque autem horum non eodē modo eſt in potentia ad cōſiderare. Sed hoc quidem quoniam eſt genus huius, quia eſt de genere ſcientium, & eſt quaſi materia & ſubiectū in quo habet eſſe ſcientia propter quod eſt in potentia remota ad conſiderare; ille autem qui habet iam habitum ſcientiæ, eſt in potentia propinqua, vt quoniam volens iam eſt poſſibilis conſiderare, niſi aliquid aliud exterius ſuam prohibeat conſideratione͂, & eſt aliquid quod eſt iam conſiderās actu ens, & proprie ſciens hanc literam A. hæc enim tria videntur ſe habere per ordinem, quia primo eſt aliquid in potentia ad habitum ſciētiæ, & poſtea habet habitum, tertio conſiderat ſecundum illum habitum, & tunc eſt perfectè ſciēs, vt primo eſt in potentia ad ſciendum hanc literam A, ſecundo ſcit eam, tertio actu illam conſiderat; Deinde dat aliam differentiam, dicens, quod ambo primi ſunt ſcientes ſecundum potentiam, ſed hic quidem per doctrinam alteratus eſt, qui caret habitu, & multoties mutatus eſt ex habitu contrario, vt ex ignorantia vel ex errore, hoc autem qui iam habet habitū eſt ſciens, ex eo quod habet ſcientiam vt (Grammaticam; talis ergo dicitur non agere. i. non eſſe in actu, & dicitur agere. i. eſſe in actu alio modo, qui. n. habet habitum alio & alio modo eſt in agere, & non in agere. i. in actu & nō in actu, quoniam ſecundum quod huiuſmodi, eſt in actu primo, nō in actu ſecundo, ideo duo primi modi dicuntur in potentia, tertius uerò non, ſed actu.

Tex. 13. Vſque. Dicendum autem eſt, ſecundum.

DIſtinxerat de potentia & actu; nunc de ipſo pati hoc idem agit, dicens, quod neque ipſum pati dicitur ſimpliciter, ſed multipliciter, ſed aliud quidem pati eſt corruptio quædam a contrario, aliud autem magis eſt quædam ſalus, & quædam receptio eius quod eſt in potentia, ab eo quod eſt in actu: & a ſimili. i. ab hoc modo ſimili, ſic potentia ſe habet ad actum. i. ſicut potentia habet ſimilitudinem cum actu, ergo duplex eſt paſſio, vna propria, quæ fit a contrario, & alia, quæ non eſt proprie paſſio, ſed magis ſalus & receptio. Deinde requirit quomodo reperiatur paſſio, & alteratio in actibus, & habitibus animæ, dicens, quod habens ſcientiam & fit ſpeculans in actu, qđ verè non eſt propriè pati, aut non eſt alterari; nā ad ipſum eſt aditio quædam, & eſt quoddam ire in actū, propter quod non eſt ibi alteratio, eſt aūt ſi eſt ibi alteratio alterum genus alterationis. vnde non bene ſe habet dicere ſapientem alterari cum ſapiat, vel ſcientem alterari cum conſiderat, ſicut neque ædificatorem dicimus alte-

Digitized by Google

rari cum ædificat. Deinde oſtendit qđ non eſt propriè paſſio neque alteratio, ſi quis ſit in potentia ad habitum, ac tendat in ipſum, dãs differentiam inter primum poſſibile & iſtud, dicẽs quod in actum quidem, ergo ducens ex potentia ente ſecundùm intelligere, & ſapere, vt doctrinam ideſt non dicitur propter hoc doceri. igitur habens habitum ſi ſit in potentia ad conſiderare & intelligere, nõ dicitur doceri, ſi incipiat ſecundùm illum habitum conſiderare. Sed æquum eſt tale ire in actum, habere aliam denominationem quam doctrinam: ſed ex ente potentia ad habitum & addiſcens, & accipiens ſcientiam ab eo quod eſt actu, ſicut à magiſtro talis dicitur doceri, & inter hos duos patet eſſe differentiam. Deinde demonſtrat quod prout eſt quis potentia ſciens, fit actu ſciens, ibi nõ eſſe propriè pati, dicẽs; quõ diximus, qđ potentia ſciẽs fit actu ſciẽs à præceptore; ſecundũ aũt hanc ſcientiam, aut neque dicendum eſt pati ſicut dictum, aut dicendum eſt duos eſſe modos alterationis, quod eſt dicere, quamuis diſcipulus diſcat à præceptore ſcientiam ſecundùm talem doctrinam, aut non alteratur propriè, aut ſi alteratur, hoc eſt ſecũdùm quãdam ſimilitudinem, eo quod duos cõtingit eſſe modos alterationis, videlicet, eam mutationem, vel alterationẽ quæ eſt in diſpoſitiones contrarias, & eam quæ eſt in habitum & in naturalem perfectionem. Deinde adaptat ad ſenſum quæ dicta ſunt de potentia & actu, dicens, quod prima ſenſitiui mutatio fit à generante natura, ergo à generãte potentiã ſenſitiuam acquirit, ſicut acquiritur habitus ſcientiæ à pceptore: ſed cùm iam generatum eſt, iam habet ſentire, ſicut ſciens iam habet ſcientiam. Vnde ſubdit, quod ſenſus ſecundum actum, dicitur ipſi conſiderare: ſenſus igitur ſe habet vt ſciẽtia, ſentire ſicut conſiderare; quare ſicut ex parte intellectus prius eſt quis in potentia ad ſcientiam, & poſtea habet ipſam, & poteſt eſſe in potẽtia ad conſiderare, ſic animal antequam ſit generatum, eſt in potentia ad ſenſũ, & poſtquam habet ſenſitiuam virtutem, poteſt eſſe in potentia, non ad ſẽſum, ſed ad ſentire. Deinde dat differentiam inter intellectum & ſenſum, dicens: differt autem ſenſus ab intellectu, quia obiecta quæ quidem ſunt actiua, & factiua operationis ſenſibilis, extra ſunt, vt viſibile & audibile, ſimiliter & reliqua de numero ſenſuũ ſunt extra animam. Cauſa autem huius eſt ſenſus, quoniam ſenſus, qui eſt ſecundùm actum, eſt ipſorum ſingularium, ſed ſcientia eſt vniuerſaliũ hæc enim vniuerſalia ſunt quodammodo in ipſa anima, ergo erit hæc differentia inter ſenſum & intellectum, quoniam obiectũ ſenſus eſt particulare, quod eſt extra animam, & obiectum intellectus eſt vniuerſale, quod eſt quodammodo in ipſa anima. Aliã differentiam dat, dicens, quod in ipſa anima eſt intelligere cum velit; ſentire autem non eſt in ipſa cũ velit: ſed neceſſarium eſt exterius ſenſibile. Similiter autem & hoc ſe habet in ſciẽtijs ſenſibilium, propter eandem cauſam, quoniam ſenſibilia ſunt de numero ſingularium & exteriorũ. Cõ. autem dicit 7. Met. qđ ſingularia cùm à ſenſu recedunt, ignoramus an ſint, an non ſint, ſed nos poſſe opinari ea eſſe, vel non eſſe, quare ſciẽtia, vel certa cognitio haberi non poteſt de ſenſibilibus, niſi quamdiu ſenſibilia actu immutant ſenſum. Deinde ſubdit, qđ de differentia intellectꝰ & ſenſus certius determinare tempus fiet in poſterum: nunc intãtum diffinitum ſit, quoniam cum non ſimpliciter ſit quod potentia dicitur, ſed aliud quidem eſt in potentia remota, ſicut ſi dicamus pue

rum poſſe militare, aliud autem in potentia propinqua, ſicut in ætate exiſtentem dicimus militare poſſe: ſic ſe habet ſenſitiuum in duplici potentia: & addit quoniam innominata eſt differentia ipſorum poſſibilium, & neſcimus proprio nomine nominare potentiam remotam & propinquã, ideo ſufficiat: quoniam determinatum eſt de ipſis poſſibilibus, aut de ipſis potẽtijs, quoniam ſunt altera, & quomodo ſunt altera. Deinde adaptat ad ſenſum, quomodo contingit circa ipſum eſſe alterationem, & paſſionem, dicẽs neceſſe eſt vti ipſo pati, & ipſo alterari, tanquam proprijs nominibus. Vnde ſubdit, quomodo ſenſus patitur & alteratur à ſenſibili, dicens ſenſitiuum eſſe tale in potentia, quale eſt iam ſenſibile in actu, ſicut dictum eſt ſuperius, & huiuſmodi ſenſitiuum patitur quidem non ſimile ens, paſſum autem aſſimilatum eſt, & eſt tale quale eſt illud ſenſibile, quia eſt commune hoc cuilibet agenti & patienti, ſcilicet in principio diſſimilia, & in fine econtra.

Text.14. Dicendum uſque. Circus quidẽ eſt viſus, hoc eſt.

NVnc determinat Ariſtoteles de ipſis ſenſibilibus, poſtquã egit quomodo ſe habet ſenſibile ad ſenſũ: & quomodo ſenſus eſt in potentia ad ſenſibile, ac ab eo patiatur, dicẽs; ergo dicendum eſt prius de ſenſibilibus ſecundùm vnumquemque ſenſum, ſenſibile dicitur tripliciter, quorum duo dicimus per ſe ſentiri, vnum autem ſecundùm accidens; duo ergo ſunt ſẽſibilia per ſe, & vnũ per accidẽs; Iſtorum verò duorum ſenſibilium per ſe, aliud quidem eſt proprium vniuſcuiuſque ſenſus, aliud verò commune omni ſenſui, vel ſaltem pluribus, vnde ſubdit: dico autem proprium eſſe ſenſibile, quod non contingit altero ſenſu ſentiri, & circa, quod non contingit errare ſenſum, vt viſus, reſpectu coloris, & auditus reſpectu ſoni, & guſtus reſpectu humoris, vel ſaporis, tactus autem, plures habet differentias, nempè, leue, graue, humidum, ſiccum, calidum & frigidum, & huiuſmodi: Deinde oſtendit quod ſẽſus non decipitur circa ſenſibile proprium, dicens, quod vnuſquiſque ſenſus iudicat de proprijs ſenſibilibus, & non decipitur, quoniam color, neque quoniam ſonus, ſed quid eſt coloratum, aut vbi, aut quid ſonans. ergo non fallitur viſus in iudicãdo quoniam coloratum eſt, neque auditus, quoniam ſonus, ſed in iudicando q̃d eſt illud quod eſt coloratum, & vbi eſt, poteſt decipi viſus, ſic etiam in iudicãdo quid eſt quod ſonat, & vbi ſonat, poteſt decipi auditus; huiuſmodi ergo dicuntur propria obiecta vniuſcuiuſq; ſenſus; Deinde oſtendit quæ ſint obiecta communia, dicẽs, quod communia ſenſibilia ſunt quinque, ſcilicet motus, quies, numerus, figura, magnitudo, huiuſmodi autem ſenſibilia nullius vnius ſenſus ſunt propria, ſed omnibus talibus ſenſibus cõpetit eſſe communia pluribus ſenſibus, quod patet: nam ſicut aliquis motus ſenſibilis eſt tactui & viſui, ſic etiam quodlibet dictorum ſenſibilium commune eſt pluribus ſenſibus, vt viſui, & tactui: hæc autem ſenſibilia communia ſunt ſenſibilia per ſe, non per accidens. Commentator dicit, ꝙ motus, & quies, & numerus, ſunt cõmunia omnibus ſenſibus, figura autem & quantitas ſunt ſolùm communia viſui & tactui: vnde ait, quod omnia huiuſmodi ſenſibilia ſunt cõmunia. Deinde oſtendit, quæ ſunt ſenſibilia ſecundùm accidens, dicens, q̃d ſecundum accidẽs autem dicitur aliquid ſenſibile, vt, ſi Dyarij filius ſit quid album, hoc ſcilicet Dyarij filius

quod

quod eſt ſubiectum albi, ſecundum accidés ſentitur, quoniam hoc quod ſentitur, accidit albo; illud ergo ſentitur per accidens, quod accidit ſenſibili per ſe, vnde patet tale eſſe ſenſibile per accidens, quia ſenſus nihil patitur à tali ſenſibili ſecundum quod eſt huiuſmodi. Deinde dat differentiam inter ſenſibilia cõmunia & propria, dicens de numero ſenſibilium p ſe, ſenſibilia propria ſunt ſenſibilia propriè, ideſt, primo & principaliter, nam & huiuſmodi ſenſibilia ſunt per quæ acta nata eſt ſubſtantia vniuſcuiuſque ſenſus terminari, quia diffinit quilibet ſenſus inquantum eſt aptus natus ſentire ſenſibile proprium, nõ autem prout eſt aptus natus ſentire ſenſibile commune, vnde differt ſenſibile commune à proprio.

Tex. 15. Cuius quidem, vſque, Non autẽ omnia viſibilia ſunt in lumine.

POſteaquam de ſenſibilibus communibus egit Philoſophus, nunc de pprijs determinat, ideo dicit: quoniam quidem eſt viſus perceptiuus proprij obiecti, propriũ autem obiectum viſus, eſt viſibile, viſibile autem eſt color quidem, & etiam eſt aliud quod verè quidẽ eſt dicere quod eſt viſibile: innominatum autem exiſtit ens, quoniam non poteſt vno nominari nomine, quod quidem erit maximè manifeſtum in præcedẽtibus, vel infra. Deinde de colore agit, dicens viſibile enim eſt color, hic autem eſt in eo, quod eſt ſecundùm ſe viſibile, ſecundum ſe autem dico colorem eſſe uiſibilem, non diffinitione: ſed quoniam in ſeipſo habet cauſam eſſendi uiſibile. Deinde ſubdit, dicens, quod color ſine lumine uideri non poteſt, nam ita diffiniunt colorem; eſt, qui ſuapte natura mouet, actu perſpicuũ actu autem perſpicuũ (quod diaphanum uocat) ſine lumine eſt, ergo adde, quod non confingit colorem, ſine lumine uideri, propter quod prius de lumine dicendum eſt, deinde de perſpicuo ſiue diaphano agit, dicens; dico aũt qđ eſt quid uiſibile, nõ autem ſecundùm ſe, ut eſt ſimpliciter dicere, eſt quid uiſibile: ſed hoc eſt per accidens, ut dicit Auerr. eſt enim hoc non propter colorem naturaliter exiſtentem in eo, ſed propter colorẽ extraneum; unde addit, quod huiuſmodi corpus diaphanũ eſt aer & aqua, & multa de numero ſolidorũ corporum, ut Chriſtallus, & quidam lapides precioſi, non tamen ſecundum quod aqua, neque ſecundũ quod aer eſt quid diaphanum, ſed quoniam eſt eadem natura communis in his, ideſt in aere & in aqua, & in perpetuo ſuperius corpore: igitur lumẽ erit quaſi color diaphanus; diaphanum ergo cum ſit quid uiſibile, mediante lumine, & cum non habeat lumen à ſe, patet ipſum non eſſe viſibile per ſe, ſed propter colorem extraneum, uel propter lumen aliundè acceptum. Deinde de lumine agit, dicens, quod lumen eſt actus huius diaphani, & ſubdit, quod ſecundum quod eſt diaphan. potentia eſt ad lumen, ſed de ſe eſt illud in quo eſt tenebra, lumen autem eſt ut color diaphanus ſecundũ quod eſt actu diaphanus ab igne autẽ huiuſmodi, & quod eſt ſurſum corpus, diaphanum, ut eſt huiuſmodi in actu ab igne, uel à corpore quod eſt ſurſum, uel ab alio aliquo corpore. Deinde ſubdit, quod & huic corpori, quod eſt ſurſum, ineſt aliquid unum, & idem, ideſt aliqua una & eadem natura cum igne, & alijs corporibus luminoſis. Nota corpus diaphanum de ſe eſſe illud in quo eſt tenebra: ipſum autem eſſe in potentia ad lumen, & lumen eſt actus & perfectio eius, etiam corpora ſupercœleſtia quantum ad aliquam

ſui

ſui partem ſunt diaphana, quãtum verò ad aliquam partem ; lucida : quia ipſi orbes ſunt diaphani. Deinde remouet quaſdam falſas opiniones circa ipſum lumen & diaphanũ, dicens; quod quidem quid eſt diaphanum dictum eſt,& etiam quid eſt lumẽ, quoniam vt manifeſtum eſt per ea quæ dicta ſunt, lumen, neque eſt ignis, neque omnino corpus, neque defluxus alicuius corporis,quoniam ſi eſſet defluxus,corporis eſſet, & ſic corpus aliquod; ſed & lumen ſecundum hũc modum ponendi eſſet præſentia ignis, aut huiuſmodi alicuius corporis in daphano. Probat deinde lumẽ nõ eſſe corpus,dicẽs;neq; potẽtiale eſt duo corpora eſſe in eodem loco, quod oporteret ponere, ſi lux eſſet corpus,quia eſsẽt ibi lux & aer. Deinde ſubdit,dicens, quod videtur lumen contrarium eſſe tenebrę,tenebra autem eſt priuatio huius habitus.i.priuatio huius luminis ex diaphano,quia putat lumen eſſe præſentiam lucis,i diaphani: Deinde alium errorem improbat,dicens, non rectè dixit Empedocles ponens lucẽ multiplicari in tempore; neque rectè dixit ſi aliquis alius ſic dixit, quod lumen feratur & extendatur ſicut fertur & extẽditur corpus, ita quod lux ſit quidam motus corporis in medio ſpatio terræ & cęli:& hoc in tempore,quia ſemper defluxus motus eſt in tempore, nos autem lateat quod ſic multiplicetur in tempore:ſed hoc ponere eſt extra veritatem, & extra ea quæ videntur ad ſenſum : nã in paruo ſpatio latet nos;ab Oriẽte in Occidens latere nos, eſt quidem multũ magna quæſtio. & etiam eſt impoſſibile ponere. Deinde remouet quendam errorem circa diaphanum poſſibilẽ, poſſet.n.quis credere diaphanum de ſe eſſe quid coloratum , vel lucidum ideo dicit : quod eſt coloris ſuſceptiuum,ſine colore eſt, ſoni autem,quod eſt ſine ſono.i vnde ſubdit, quod ſine colore eſt, diaphanum eſt, & inuiſibile,inuiſibile dico diaphanũ quoniam eſt id quod vix videtur ; vt vix videtur quod eſt tenebroſum:diaphanũ autem eſt huiuſmodi, ſcilicet quod tenebroſum ſed non cũ ſit actu diaphanum ſed cum eſt potentia : nã eadẽ quidẽ natura diaphanũ quãdoque eſt tenebra,vt cum eſt priuata luce;quãdoque autem eſt lumen , vt cũ eſt luci coniuncta; nam ſicut materia eo ipſo dicitur eſſe de ſe informis , qa aliquando eſt coniuncta formæ,& aliquando eſt priuata, ſic aer ipſe de ſe debet dici tenebroſus , quoniam eadẽ natura aeris aliquando luci coniungitur,aliquando ipſa luce priuatur. Diaphanum autem dicitur inuiſibile, & dicitur videri,vt tenebroſum, & etiã dicitur vix viſibile,inuiſibile eſt de ſe, vix viſibile eſt,quia videtur per aliud.

Text.16.Non omnia autem , uſq. Nunc autem primum de ſono.

DEterminauit de colore, diaphano & lumine, nũc determinat de viſibili innominato , dicens, quod non omnia viſibilia ſunt in lumine , ſed tantum vniuſcuiuſque proprius color; quædam enim in lumine non videntur,in tenebra autem faciũt ſenſum,ſiue videntur ac ſentiuntur, vt puta,illa quæ videntur ignea & lucẽtia,cuiuſmodi ſunt quercus, & huiuſmodi in nocte lucentia,& putrida,dicit enim talia eſſe innominata vno nomine,dicens: non autem nominata ſunt talia vno nomine, vt quercus putridæ,& cornu,& capita piſcium , & oculi quorundam animalium: vnde ſubdit, quod nulli aliorũ videtur proprius color, cum ſint in tenebris , & cũ videntur lucentia,ſed propter quã cauſam hæc ſic videntur,vt quia in tenebris non videntur ſub proprio colore,

lore,& in lumine nõ vidẽtur ſub propria luce: ſi alia inquam eſt ratio, nõ eſt præſentis ſpeculationis. Deinde probat colorem horum viſibiliũ non videri ſine lumine, dicens quod nũc intantum dictum eſt & manifeſtum, quando quidem color videtur in lumine, vnde ſine lumine non videtur color; Ratio huius eſt: quoniam hoc erat de natura coloris, eſſe motiuum diaphani, ſecundum actum, quia actus diaphani eſt lumen; & hæc eſt ratio. Probat deinde per ſignum, dicens, quod manifeſtum ſignum huius eſt, quod color non poſſit videri ſine lumine, vel diaphano actu illuminato, quoniam ſi quis ponat illud quod eſt habens colorem, ſuper ipſum viſum, non videbitur: ſed color mouet diaphanum, puta, aerem, ab hoc autem aere iam continuo exiſtente mouetur ſenſitiuum: Nam ſi ponatur corpus coloratum ſupra oculum, tunc inter oculum & illud corpus non poteſt interponi diaphanum actu illuminatum, & idcirco nõ fit viſio. Deinde remouet errorẽ Democriti, dicens, quod in hoc non bene dixit Democritus, qui ratus eſt, qđ ſi id quod eſt medium, eſſet vacuum, perſpici vtique certe poſſet, & ſi formica etiam eſſet in cælo, ſed hoc eſt impoſſibile, quoniã ipſum videre fit patiente aliquid ipſo ſupple organo: ſed quia ab ipſo, colore qui videtur, impoſſibile eſt pati organum immediate, cum ſenſibile ſupra ſenſum poſitum non faciat ſenſum, relinquitur hoc eſſe à medio, quoniã neceſſe eſt aliquid eſſe medium, vacuum autem facit quod nõ ſolum non aliquid certe videbimus, ſed nihil omnino videbitur ergo propter quàm cauſam neceſſe eſt colorem videri in lumine, diximus. Deinde de viſibili qđ eſt ignis agit, dicens, quod ignis videtur in vtriſque videlicet in tenebra, & in lumine, & hoc ex neceſſitate, quia diaphanum fit lucidum ab igne: ignis igitur, quia habet lucem aliquo modo fortẽ, poteſt in lumine videri. Rurſus quoniam poteſt facere diaphanum ĩ actu, poterit uidere tenebra, ergo in utriſque uidebit. Deinde oſtendit eãdem rationem eſſe in alijs ſenſibus, dicẽs, quod eadem ratio eſt de ſono, & de odore, q̃ eſt in uiſu, quia ſicut uiſibile tangens uiſum, non facit uiſionem, ſic nihil ipſorum tãgens ſenſitiuum, facit ſenſum; ſed ab odore quidem & ſono mouetur primo media, ab hoc autem medio immutato, mouetur utrumque ſenſitiuum, ideſt organum utrũque, uidelicet auditus & odoratus; ſed cum ſupra ipſum ſenſitiuum aliquis opponit odorans, addit ſonans, neque ullum ſenſum faciet; de tactu autem & guſtu ſe habet ſimiliter, non tamen apparet, ſed propter quàm cauſam hoc contingit, dicetur poſterius: nam in tangendo & guſtando, uidetur, quod ſine medio ſentiamus; tamen non ita eſt, immò & in his ſenſibus eſt dare medium diſtinctum ab organo: nam in ipſis ſe habet neruus ut organum, & caro ut medium, quia in tactu & guſtu ſimiliter ſe habet ſicut in uiſu, quoniam ſicut tu uides per oculum mediãte aere, ita tu tangis & guſtas per neruum mediante carne. Deinde agit de medio aliorum ſenſuum, uerum quoniã non eſt adhuc manifeſtum de medio tactus, & guſtus, & odoratus, non determinat de huiuſmodi medio, ſed de medio auditus, dicit, quod mediũ autem ſono eſt aer, odori autem mediũ eſt innominatum, eſt enim quædam communis paſſio ab aere & ab aqua, ſicut diaphanum erat medium colori, quod diaphanum reperiebatur in utriſque, ideſt in ſupercæleſtibus, & in his inferioribus, ſic habenti odorẽ eſt medium, quod in his utriſque eſt, ſcili-

ſcilicet ĩ aere, & in aqua. Deinde probat, quod medium in odoratu eſt aliquid commune aeri & aquæ, dicens quod aquatica de numero animaliũ habere uidentur ſenſum odoris: ſed homo quidem, & quæcunque ſunt de numero ambulantium pedibus, reſpirant cũ odorant, & impoſſibilia ſunt odorare niſi reſpirantia; Cauſa autẽ de his quare ſic accidat dicetur poſterius.

Text. 17. Nunc autem primum, vſque, Vacuum enim recte dicitur proprium audiendi.

DEterminauit de uiſibili, nunc autem de audibili agit, dicens: nũc autem poſt de uiſu determinemus, de ſono, & de olfactu. Deinde ſubdit, qđ ſonus eſt duplex, quia hoc quidem eſt actus quidam, quia habent aliqua ſonum in actu; alius autem eſt ſonus in potentia, alia enim non dicimus habere ſonum neutro modo huiuſmodi; eſt ergo diſtinctio, quod aliqua habẽt ſonum in actu, aliqua in potentia, aliqua autem neutro modo iſtorum. Deinde exemplis manifeſtat dicens; ut ſpongiam & lanam dicimus eſſe talia quæ nullo modo habent ſonũ, quædam enim quia habent ſonum in potentia, ut æs; & quæcunque ſunt lenia & plana, hoc autem quod eſt facere ſonum actu, eſt ipſius medij & audit⁹: medium ergo & organum auditus, habet ſonum in actu. Deinde de generatione ſoni agit, dicens, quod ſemper fit ſonus, qui eſt ſecundùm actum, alicuius uerberantis ad aliquid uerberatum, in aliquo, ut lapis ad alium lapidem percuſſus, in aliquo ut in aere facit ſonum; Vnde dicit quod percuſſio facit ſonum, unde impoſſibile eſt, cũ unum ſit, ſonum fieri, quia alterũ eſt, quod uerberans, & alterum quod uerberatur, & hoc manifeſtat dicens, ſcilicet debere concurrere ad ſonũ tria, ſcilicet uerberans & uerberatum, & mediũm, propterea quod ſonans ad aliquid ſonat, quia tangit aliquid; cũ autem in actu tetigerit, ſonat: ictus autem non fit ſine motu, & motus ſine medio; Dicit Com. deinde quomodo requiritur ad ſonum uerberans, & uerberatũ id manifeſtãs, & qđ debent eſſe corpora, non qualiacunq; ſed dura, & plana, & concaua, unde dicit, quia ſicut diximus, ſon⁹ non eſt ictus corporum contingentium. i. corporũ quorumcunque, qm̃ pili licet percutiãtur, nullum ſonũ faciunt, ſed quæcunque corpora ſunt lenia plana & concaua, ſi ſint dura, faciunt ſonum; æs autem quoniam eſt lene facit ſonum, ſed concaua faciunt ſonũ, quia ex repercuſſione faciũt multos ictus poſt primum ictum in potenti exire corpus æreum, quod miſſum eſt. Deinde manifeſtat quomodo oĩa hæc, videlicet, medium verberans, & uerberatũ, requiritur ad auditum, dicẽs, amplius auditur aliquid in aere & in aqua, ſed minus in aqua, quam in aere, hoc verò dicit quantum ad medium in quo auditus fit, non eſt autẽ ſoni proprius effectus, aer videlicet, uel aqua, ſed oportet firmorũ percuſſionem fieri adinuicem, & hoc ad aerem: ergo ſunt hæc quæ requiruntur ad auditum, quoniam requiritur ibi aer uel aqua, tanquam medium, & requiruntur ibi firma & ſolida tãquam ſe percutientia, fit autem hic ſonus, ex percuſſione firmorum adinuicem ad aerem, cum aer percuſſus maneat & non ſoluatur: vnde, ſi aer fortiter & velociter percutiatur ſonat: quia motum ferientis oportet præoccupare fracturam aeris: accidit autem hoc ſicut ſi aliquis percutiat congregationem aut cumulum lapillorum; Deinde de echo agit, dicens: echo eſt ſoni reflexio, aere ob uas aut locum ipſum circundantem reſilientem.

te. Cum ſit ſonus, ſemper redditur echo, licet non ſemper audiatur, quia accidit in ſono ſicut in lumine, etenim lumen ſemper repercutitur, q͞a ſi non eſſet ſic, non fieret penitus lumen extra ſolem, ſed tenebra, niſi.n. lux reflecteretur, non eſſet lumē niſi in loco quem ſol aſpiceret, alibi autē eſſet omnino tenebra, ſicut in nocte. igitur ſemper fit reflexio lucis, ſed nō ſemper fit fortis, ſicut fit ab aqua aut aere aut ab aliquo alio leniū; quare quia nō ſemper fit reflexio fortis, hoc eſt quod facit tenebras, quæ terminat lumen.

Tex. 18. Vacuum, Vſque, Vox autem ſonus quidem eſt animati.

QVoniam egit de generatione ſoni, nunc de eo agit prout habet immutare membrum, & organum, & medium, dicens: Vacuū.i. aer, recte dicitur proprium medium audiendi ſonum, uidetur autem aer eſſe vacuum, ergo auditus fit hoc modo: quia aer qui dicitur eſſe quid vacuum, eſt faciens audire cum mouetur continuus & vnus; ſed propter id quod aer eſt cito frangibilis, non ſonat niſi ſit lene quod percutitur: tunc autem quando lene eſt quod percutitur, fit vnꝰ ſonus, ſimul enim fit vnus ſonus, & expulſio aeris propter planum, quoniam planum.i. ſuperficies lenis corporis, eſt quid vnū, & quia oportet eſſe ſuperficiē unam, & hoc quod moueat aer vnus, & fiat ſonus; ideo concluditur, quod ſonatiuum quidem igitur eſt id quod eſt motiuum vnius aeris cōtinuati, vſq; ad auditum, oportet enim aerem motum continuari vſque ad auditum, vt ſonus percipiatur. igitur oſtenſo hoc, ſcilicet, quomodo medium a ſono immutetur; Oſtendit deinde quomodo immutetur auditus, dicens, q͞d auditus connaturalis eſt aeri: nam, ſicut pupilla eſt connaturalis aquę, & eſt quoddam humidum aqueum in pupilla, ſic auditus connaturalis eſt aeri, uel quod idem eſt, naturaliter organum auditus habet quādam conuenientiam cum aere, & in ipſo organo habet eſſe quidam connaturalis aer, ideo propter id quod eſt ſonus in aere moto exteriori, quod eſt intra.i. in aure, mouetur ab aere exteriori moto, propter quod manifeſtè patet, quod animal non audit vbique, nec vbique penetrat aer, quoniam pars mouenda a ſono, & etiam ipſum animatum, non habet huiuſmodi aerē, ſicut pupilla humidum aqueum ſupple non habet niſi in tali parte, ſcilicet in oculo; ſicut ergo nō vbique videmus, ſic non ubique audimus. Deinde demonſtrat qualis ſit aer exterior motus, dicens, quod aer exterior motus eſt inſonabilis, propter hoc, q͞d eſt facilis diuiſionis: ſed cum prohibeatur diſſoluere, huiuſmodi ſonus eſt, patet etiā in aere de virga ipſum percutiēt e quomodo fit ſonus, oſtendit qualis ſit aer exterior, quia eſt inſonabilis, & qualis ſit aer interior, quia eſt immobilis, dicens: aer autem qui eſt in auribus ędificatus, propter hoc.i. propter aerem externum eſt immobilis: quatenus certè ſentiat omnes differentias ſoni exterioris, ergo quamdiu manet ille cōnaturalis aer, habens motum proprium extraneum ab omni motu exteriori, tādiu ſaluatur in nobis auditus; propter hoc autem quia ſic eſt, audimus in aqua, ſ. quando aqua ingreditur ad ipſum connaturalē aerē: ſed non ingreditur in aurem propter reflexiones factas ab aere cōnaturali: ſed cū hoc accidat quod aqua ingrediatur, animal non audit, ſed auditum amittit; neque etiam audiret ſi pellis cerebri deſtrueretur, ſicut homo non videt, ſi pellis quę eſt in pupilla,

pilla, infirmetur; quoniam ergo dixit aerem connaturalē eſſe diſtinctum ab aere exteriori ac habere motum diſtinctum a motibus exterioribus, ideo probat hoc per ſignum, dicens: ſignum antem audiendi per aerem ſic diſtinctum, & habentem ſic diſtinctum motum, vel ſignum audien di ſine tali aere ſic moto, eſt ſonare aurem ſicut cornu: nam ſemper aer in auribus proprio motu mouet, ſed percipimus per huiuſmodi aerem ſonum, quoniam ſonus eſt motus extraneus, & non proprius illi aeri, & propter hoc quia ſic eſt, dicunt aliqui, nos audire vacuo. i. aere ſonāre, quoniam audimus, organo vel timpano. habente talem determinatum aerem. Vnde patet, quod ſi ponat ma nus ſuper aures, aer qui eſt ibi, habēs quendam motum proprium, propter huiuſmodi impedimentum facit multas repercuſſiones; Deinde mouet quandam dubitationem, dicens, Vtrum autem ſonat, verberans, aut qđ verberatur, an vtrūque, ſed alio modo ſoluit, dicens, quod verberans ſonat inquantum frangit aerem, verberatum uerò, inquantum retinet, & non permittit ipſum faciliter frangi; Vnde ſubdit, quod ſonus eſt motus poſſibilis moueri, hoc modo quo qđ eſt, mouetur a leuibus, cum quis fortiter percuſſerit corpora leuia, ergo non omne quod verberatur, & omne verberans eſt ſonans, ut ſi acus acui ſubijciatur, non fit ſonus, ſed omne quod percutitur regulare eſſe, vt aer ſubito diſſolnatur ac moueatur, & fiat ſonus: Deinde de differentijs ſoni agit, dicens: differentiæ ſonantium cuiuſmodi ſunt, acutum & graue manifeſtatur in ſono ſecundum actum, quoniam ſicut non videntur colores ſine lumine, ſic nec cognoſcitur acutum & graue ſine ſono: Hę autem differentiæ dicuntur ſecundum metaphoram ab illis quæ tangūtur, quoniam ſecundum metaphoram & ſecundum ſimilitudinem differentiarum tangibilium ſumptæ ſunt differentiæ ſonantium: Nam ſicut acutū in tactu eſt, quod mouet ſenſum in pauco tempore multum, graue autē quod in multo paucum, ſic & in auditu, acutum mouet ſenſum auditus in pauco tempore multum, graue verò in multo paucum. Deinde oſtendit qualiter differentiæ ſoni ſe habeāt ad differentias motus, eo quod de eo fecerat mentionem, dicens, neq; velox eſt acutum, graue autem tardū, quod eſt dicere, graue & acutū quæ ſunt differentiæ ſoni, non ſunt velox & tardum, quæ ſunt differentiæ motus, ſicut nec ſonus eſt motus; tamen hæ differentiæ ab illis cauſantur ſicut ſonus a motu. hoc quidem. ſ. acutum, fit propter velocitatem huius motus, ſed propter tarditatem motus fit graue. Deinde qualiter ſe habeant differentię ſoni ad differentias tactus, oſtendit, eo quod & de eo mētionem fecerat, dicens, quod videntur ſimilitudinem habere circa tactū cum acuto & hebeti; graue ergo & acutum in ſono, habent ſimilitudinē cum acuto & hebeti in tactu, quia acutum eſt quod pungit, hebes verò quod pellit, & hoc propter id quod acutū mouet in pauco tempore multum, hebes autem in multo paucum, quare accidit eſſe hoc. i. acutū velox, illud verò, ſ. hebes, eſſe tardum, quoniam ſic eſt circa differentias ſoni, quia acutum ſequitur motum velocem, graue verò tardum, oportet eſſe quādam ſimilitudinem inter differentias ſonorum, & differentias tangibilium. Deinde finem imponit de ſono, dicens, quod ſic determinatum eſt de eo.

Text.

Text. 19. Vox autem, Vſque, De odore autem, & olfactibili.

DEterminauit de ſono ſimpliciter, nũc autem de ſono determinat qui dicitur vox, quæ eſt quædam ſpecies ſoni, dicẽs, quod vox eſt quidam ſonus animati, nullum.n.inanimatorum habet vocem, ſed fortè ſecundum ſimilitudinem dicitur aliquod inanimatum vocare, vt tibia & lira, & quæcunque alia inanimatorum habent extenſionem, & melos, & locutionem, aſſimilantur.n.talia uociferantibus, & videntur habere uocẽ, eo quod uox hoc hẽt. Deinde demonſtrat repercuſſionem illã quæ eſt uox, eſſe reſpirati aeris, dicens, qđ multa de numero animalium nõ habent uocem, ut illa quæ ſunt ſine ſanguine, & piſces qui ſunt de numero habentium ſanguinem, ſupple non habent uocem; & hoc rationabiliter: ſiquidem, ſonus qui eſt uox, eſt aeris motus, aeris.ſ.reſpirati. Quandã deinde remouet cauillationem, dicens, quod ſi piſces qui dicuntur habere uocem, ut illi qui ſunt in flumine Acheloo apud Danaos, iſti inquam ſonant branchis, uel aliquo alio inſtrumento, qui quidem ſonus dicitur ſimilis uoci. Deinde ſubdit, quod uox eſt ſonus animati reſpirantis, & non ad quãlibet partem reſpiratur huiuſmodi aer, nec ad quãlibet partẽ fit attractio huius aeris reſpirati, ſed huiuſmodi attractio fit circa pulmonẽ, & cor. Deinde ſubdit: oporret aerem eſſe reſpiratum, vt fiat vox, dicens, qđ fit ſonus verberante aliquo, & ad aliquid, & in aliquo: hoc autem in quo fit huiuſmodi reuerberatio, eſt aer: & quoniam ſic eſt rationabiliter, vtique hoc ſola animalia vocabunt quęcunque reſpirant. Sed quoniam fecerat de aere reſpirato mentionem, idcirco oſtendit qđ quomodo natura vtitur huiuſmodi aere, dicit, quod iã reſpirato aere vtitur natura in duo opera, ſicut lingua vtitur in duo opera in guſtum, & locutionem, quorum quidem guſtus eſt quid neceſſarium ut in pluribus, interpretatio autem ſiue locutio, eſt ad bene eſſe, ſic & aere reſpirato utit̃ natura in duo opera, quorum vnum eſt neceſſarium, aliud ad bene eſſe: nam ad calorem interiorem temperandum vtitur natura aere reſpirato tanquam ad id quod eſt neceſſariũ. Cauſa autem quare hoc ſit neceſſarium dicta eſt in lib. de inſpiratione & reſpiratione; & vtitur etiã natura aere reſpirato ad uocẽ, non ſicut ad neceſſarium, ſed ſicut ad bene eſſe. Quare ſicut nec omnia animalia habent locutionem, nec ẽt oĩa habent guſtum, quia ſunt quædam animalia imperfecta, quæ tantum habent tactum. Deinde ſubdit, quod organum reſpirationis eſt vocalis arteria, huiuſmodi reſpirationis cauſa eſt hæc pars, videlicet pulmo, quoniam circa pulmonem gradientia pedibus plus habent calorem alijs, pulmo autem indiget reſpiratione; circa cor autem eſt primus locus caloris, vnde neceſſe eſt interius reſpirante, ingredi aerem refrigerantem calorẽ illũ; Deinde ſubdit, concludens hãc diffinitionẽ, dicẽs: quare vox eſt repercuſſio reſpirati aeris, facta ab anima, quæ quidem repercuſſio, ſiue reſpiratio, eſt in his partibus ad vocalem arteriam; Vult probare quomodo eſt ab anima iſte ſonus, dicens, quod nõ omnis ſonus animalis eſt vox, ſicut diximus, quoniam contingit ſonare lingua, ſicut faciunt ſonum tuſſientes, tñ huiuſmodi ſonus eſt vox, ſed oportet ad hoc quod fiat vox, eſſe verberans animatum, & cum imaginatione aliqua oportet fieri talẽ reuerberationem, quoniam vox eſt quidã ſonus ſignificatiuus, & non eſt vox reſpi-

reſpirati aeris, ſicut tuſſis, ſed anima cum vult vociferare, vtitur iſto aere reſpirato, & mediante eo verberat eũ aerem, qui eſt in atteria, ad ipſam arteriam, quod faciendo, facit vocem. Nota, quod non quilibet motus animalis eſt ab anima ſecundum quod huiuſmodi, ſed tãtùm ille, qui fit per imaginationem & appetitum, vt ſi accideret animali, nõ eſſet tunc motus ab animã, ſed eſſet ab elemento prædominante. Deinde probat per ſignum, dicens, quod ſignũ eſt ſcilicet vocem fieri cum imaginatione, quædam eſt, quam non poſſumus vocare reſpirantem, ideſt aerem attrahentẽ, nec expirantem, ideſt aerẽ emittentem, ſed detinẽtem, quaſi dicat: hinc indicium ſumitur, quod non contingit expirantem & reſpirantem vocẽ vnquam emittere, ſed aerem contine re oportet, & ſic internum concutere, nam retinens aerem, iſto aere retento, mouet ad formationem vocis, ac facit vocem. idque hinc fit manifeſtum, quoniam piſces ſunt ſine voce; quoniam non habent gurgulionem ſiue guttur, & guttur nõ habent, quoniam non recipiunt aerem neque reſpirant: ſed cur non reſpirent, nõ eſt præſentis ſpeculationis, ſed pertinet ad lib. de animalibus.

Tex. 20. De odore, vſque, Eſt autem olfactus per medium.

POſt determinationem de viſibili, & audibili, nunc de odorabili, & odore agit Philoſophus, proponens primum de huiuſmodi, dicens De odore autem & odorabili minus bene determinabile eſt à nobis, quoniã non poſſumus determinare rectè ipſa odorabilia, aut ipſos odores, quoniam non eſt manifeſtum nobis quale quid ſit odor, ſicut manifeſtus eſt nobis ſonus, & ſicut manifeſtum eſt viſibile quid ſit, vtrum lumẽ, aut color; rectè ergo dico, quod non ita determinatẽ cognoſcimus odorẽ ſicut ſonum, & ſicut alia ſenſibilia, quoniam hunc ſenſum odoratus non habemus certum, ſicut habemus certos alios ſenſus, ſed peiorẽ habemus odoratum multis animalibus, propterea quod homo malè odorat, & nihil odorat odorabilium ſine lætitia & triſtitia, ſicut non exiſtente certo eo, quod odoramus; patet quod dixit per ſimile, dicens: quod rationabile autẽ: ſicut & fortes oculi, ideſt habentes fortes oculos, vt piſces, ſicut eos contingit ſentire colores, & non eſſe ipſis permanifeſtas differentias colorum, niſi terrentium, & non terrentium, ſic & generatio hominum percipit odores, quoniam non percipit odores niſi terrentes, & non terrentes; vbi nota, piſces male videre, eo quod ita habent oculos duros vt magis videantur habere lapides, quam oculos, propter quod non poteſt ibi imprimi ſpecies viſibilis; ſic homo, male odorat, quoniam caruncula illę propinquæ cerebro ita indurantur propter frigiditatem cerebri, vt non bene poſſit imprimi ſpecies odorabilis. Deinde docet ſpecies odorum ſumere, dicens, quod odoratus videtur habere analogiam ad guſtum, & ſimiliter ſpecies ſaporum habent quãdã analogiam, ac ſimilitudinem cũ his, quæ ſunt ſpecies odoris. Deinde oſtẽdit nos habere certiorem guſtũ, quoniam habemus certiorem tactum, dicens, quod certiorem habemus guſtũ, quàm animalia alia, propter hoc quod guſtus eſt quidam tactus, & ſenſum tactus habet homo certiſſimũ, in alijs autem ſenſibus deficit homo à multis animalibus, ſed ſecundum tactum valde differenter certificatur ab eis, quia certiorem habet hũc ſenſum alijs animalibus, idcirco & prudentiſſimum animalium eſt homo.

Si-

Signum autem eſt & in genere hominum, quia ſecundùm hunc ſenſum dicimus homines ingenioſos, & non ingenioſos, ſed ſecundùm alium ſenſum, iudicamus de ingenio hominũ niſi ſecundũ tactum, quia duros carne, dicimus, quod ſunt inepti mente, ſed molles carne sũt bene apti ad diſcendũ. Deinde docet ſpecies odorũ ſumere, dicens, quod ſicut ſapor his quidem eſt dulcis, ille autem amarus, ſic & odores, aliqui ſunt dulces, aliqui amari. Deinde differentiam dat inter odores & ſapores, dicens, quod aliqua quidem habent proportionabiliter odorem & ſaporem; dico autem dulcem odorem, & dulcem ſaporem, alia verò contrarium, quia in eis non proportionatur odor & ſapor, ſed habent dulcem odorem, & prauũ ſaporem, vel econtra, & ita ſe habet dulce quod nominat odorem, vel ſaporem extremum; Similiter autem ſe habet acer, & auſter⁹, & acutus, & pinguis odor: nam in huiuſmodi odoribus, vel ſaporibus medijs, aliquando ſapores proportionantur odoribus, aliquãdo autem non. Deinde ſubdit, cur ſpecies odorũ à ſaporibus nominentur; dicens, quod ſicut diximus ſupra propter id quod odores non ſunt nobis multum permanifeſti, ſicut ſapores, idcirco à ſaporibus nomina acceperunt; ſecundùm ſimilitudinem ſaporum, quoniam dulcis quidem odor dicitur à croco, & melle, acer autem à thimo, & à ſimilibus, & ſic ſe habet eodem modo & in alijs odoribus, & ſaporibus. Deinde oſtendit quomodo non odorabilia comparantur ad odoratum, dicens: quod adhuc autem ſicut auditus, & vnuſquiſque ſenſuum eſt oppoſitorum, & ſicut hic quidem auditus eſt audibilis, & non audibilis, viſus verò, & viſibilis eſt, & non viſibilis, & olfactus etiam eodem modo eſt odorabilis, & non odorabilis, non odorabile autem, aliud quidem dicitur ſecundùm id quod omnino eſt impoſſibile habere odorem, aliud verò quod eſt habens paruum odorem, & tertio dicitur non odorabile paruum habens odorem; ſimiliter aũt & non guſtabile, vel quodcumque aliud huiuſmodi dicitur omnibus iſtis modis; aduerte, quod idem eſt ſenſus oppoſitorum, quoniam eodem viſu quo lumen percipis, & tenebras quoque, & ſic de alijs.

Tex. 21. Eſt autem olfactus, vſque, Guſtabile autem eſt quoddam.

Sed quoniam erant tria, quæ concurrebant ad quodlibet ſentire, ſcilicet obiectum, organũ, & mediũ, poſt determinationem primam de ipſo obiecto odoratus, ſiue de ipſo odore, nunc agit de ipſo medio, quod ab obiecto immutatur, ſeu ab huius odore, dicens, qđ eſt olfactus per medium, vt per aerem, aut per aquam: nam aquatica videntur odorem ſentire, & quæ cum ſanguine, & ſine ſanguine ſunt, ſicut & quæ ſunt in aere, odorẽ ſentiunt, quoniam quædam horum, quæ ab odore mouentur, à longè occurrũt ad alimentum, ideo tam aqua, quam aer ſunt medium in odoratu. Deinde proponit quæſtionem, dicẽs: quoniam diximus aliqua odorare reſpirando, & aliqua non reſpirando, ideo dubium eſt, ſi omnia ſimiliter odorent, vel habeant aliquem alium ſenſum, per quem hoc participant. Deinde arguit non omnia ſimiliter odorare, dicens: homo reſpirans, vel attrahens aerem, odorat, ſed emittẽs aerem aut retinens ſpiritũ, non odorat, nec à longe, neque propè: nec etiã odorat, ſi in naſum intus ponatur odorabile, quia & hoc quidem videlicet ſenſibile poſitũ in ipſo quo ſentitur, inſenſibile eſſe, eſt commune omnibus ſenſibus; ſed ſine reſpiratione nõ ſen-

ſentire, eſt proprium hominum; eſt autem maximè proprium homini, eo, quod homo in odorando maximè reſpiratione indiget; ſi verò alia animalia indigẽt reſpiratione cum odorant, non tamen ſic indigent vt homo; qđ autem hoc ſit proprium homini, manifeſtum eſt experimentantibus, quilibet enim in ſeipſo experitur, quod abſque reſpiratione odorare non poteſt: quare ſanguinem non habentia, quoniam non reſpirant, habent quendam alium ſenſum, præter eos, qui dicti ſunt. Deinde oſtendit non reſpirãtia non poſſe ſentire alium odorem per aliquem alium ſenſum ab odoratu, dicens: ſed ſibi impoſſibile eſt ſi ſẽtiunt odorem, quoniam olfactus eſt ſenſus odorabilis, & eſt ſenſus mali, & boni odoramenti, igitur oportet vt fiat per hunc ſenſum, & non per aliũ; Aliã adducit rationem, dicens: inſuper huiuſmodi animalia videntur corrumpi à fortibus odoribus, quantum ad olfactum, ex quibus homo corrumpitur, ut ſunt ſulphur, & huiuſmodi ſententia; & quoniam ſic eſt, olfactũ quidem, ergo neceſſe eſt habere non ſolum reſpirantia, ſed etiam non reſpirantia: proprius namq; ſenſus corrumpitur à proprio obiecto ſi ſit excellens. Deinde ſoluit quæſtionem, dicens, quia ſenſus olfactus, uidetur diſſerre in hominibus, aliquid ad ea ſenſitiua quæ ſunt aliorum animalium, ſicut oculi hominum ſe habent ad ea quæ ſunt duorum oculorũ nam quidem homo habet cooperimentum, & habet palpebras ſicut velamen, quas palpebras aliquis non mouẽs, nec retrahens, non videt. ſortia autem oculis nihil huiuſmodi habent: ſed mox vident, quæ ſunt in diaphano, piſces enim qui ſunt duri oculis, non habent huiuſmodi palpebras & cooperimenta: quas remouere oporteat, vt videãt. Si ergo & odoratiuum alijs quidem animalibus non reſpirantibus eſt ſine operculo, ſicut in oculis contingebat, alijs verò aerem reſpicientibus neceſſe eſt habere cooperimentum, quod quidẽ cooperimentum diſcoperitur reſpirãtibus illis animalibus, & ampliatis venis, & poris eorum, propter hoc reſpirantia non odorant in aqua, quoniam neceſſe eſt ea pati odorem & percipere illum, vel pati ab odore reſpirando: hoc autem facere, ideſt reſpirare in aqua, eſt impoſſibile. Deinde agit de organo odoratus, poſtquã egit de odorabili & medio, dicens, qđ odor eſt paſſio ſicci, ideſt in ſicco fundatur, ſicut humor, ideſt ſapor paſſio humidi, & in humido fundatur, odoratiuum autem ſenſitiuum, ideſt organum odoratus eſt in potentia ad odorem, qualis eſt odor in actu, quoniam omne patiens eſt tale in potentia, quale eſt agens in actu, vnde ſi organum odoratus ab odore patitur, patet quale ſit huiuſmodi organum, nempè quia eſt tale in potentia, qualis eſt odor in actu.

Tex. 22. Guſtabile autem, vſque, De tangibili autem & tactu.

DEterminat nunc Philoſophus de guſtu, & tactu, qui quidẽ ſenſus ſunt magis materiales poſt determinationem de viſu, auditu, & odoratu, qui ſunt magis ſpirituales, dicit quod guſtabile eſt quoddam tangibile, & hæc eſt cauſa cur huiuſmodi ſit, quia non ſit ſenſibile per mediũ extraneum: nam non eſſe ſenſibile per medium extraneũ, eſt vna cauſa, quare guſtabile eſt quoddam tangibile; alia autem eſt cauſa, quoniam id in quo eſt ſapor, quod eſt quid guſtabile, eſt in humido, ſicut in propria materia, ſeu ſicut in proprio ſubiecto, hoc autem, ſcilicet humidũ, eſt quoddam tangibile. Deinde remouet quãdam

dam cauillationem, quoniam dixerat guſtum non fieri per medium extraneum, eo quod videtur falſum, q̃a ſi in aqua poneretur dulce, non exiſtentes in aqua ſentiremus huiuſmodi dulce, ideo dicit, quod ſi in aqua eſſemus, ſentiremus vtique huiuſmodi dulce: ſed tunc non eſſet nobis ſenſus per medium, ſed in eo quod commiſceretur illud dulce humido, ſicut in potu, tenet non requiratur mediũ extraneum aliquid tanquam mediũ, requiritur tamen ibi aliquid extraneum, tanquam diſponens organũ, ideo dicit, quod color non ſic videtur in eo quod miſcetur medio, neque p. defluxiones ſupple videtur color; igitur quantum ad medium, non eſt cõparatio inter colorem & saporẽ, quia color ſentitur per medium extraneũ, ſed non ſapor: ſed quantum ad rationem obiecti, ſupple, eſt cõpoſitio inter colorem & ſaporem, quoniam vt color eſt obiectum viſus, ſic ſapor obiectum guſtus, hoc patet dicens, q̃d. nihil facit ſenſum ſaporis ſine humiditate, ſed quod facit huiuſmodi ſenſum, humiditatẽ habet: aut actu aut potentia propinqua, vt ſalſum eſt bene ipſum liquefactiuum linguæ: nãque ſal, licet ſit actu ſiccum, poteſt tamen de leui immutare ſenſum guſtus, quoniam eſt faciliter liquefactibile. Deĩde determinat de obiecto guſtus, poſt de medio facit determinationẽ, dicens, quod ſicut viſus eſt viſibilis, & inuiſibilis, quoniam tenebra eſt inuiſibilis, & tamen viſus iudicat ipſam tenebram, adhuc autem viſus eſt valde ſplendentis, & non hoc, id eſt valde ſplendidum eſt inuiſibile, & tenebra eſt inuiſibilis: ſed alio modo, & quod diximus de viſu intelligẽdum eſt de alijs ſenſibus: vnde ſubdit: ſimiliter autem & auditus eſt ſoni & ſilentij: quorum aliud quidem vt ſonum dicimus eſſe quid audibile: aliud verò vt ſilentium non audibile: eſt etiam auditus magni ſoni: ſicut viſus eſt ſplendidi: auditus enim cõparatur ad magnum ſonum, ſic & ad quid inaudibile: quia ſicut paruus ſonus eſt inaudibilis, ſicut quoddammodo magnus & uiolentus: inaudibile enim & inuiſibile, & huiuſmodi multipliciter dicuntur. dicitur inuiſibile aliud quidem, q̃d oĩo eſt impoſſibile uideri, ut puta tenebra ſicut & in alijs: aliud autem dicitur inuiſibile: quod licet ſit aptum natum vt videatur: non habet tamen unde bene uideatur: aut praue uidetur: ſicut eſſe ſine pedibus, & quod ſine gradu dicitur multipliciter: ſicut ſuper inuiſibile, & inaudibile, & huiuſmodi dicuntur multipliciter; Deinde ad guſtum hæc adaptat, dicens: ſic & guſtus eſt guſtabilis, & non guſtabilis non guſtabile, quod habet humorem prauum, aut paruum, aut dicitur non guſtabile, quod eſt corruptiuum guſtus: ſicut dicitur inuiſibilis nimis ſplendens, quod eſt corruptiuum uiſus. Deinde, ut guſtus conuenit cum tactu determinat, dicens, quod principium immutationis guſtus videtur eſſe potabile, & non potabile, id eſt humidum & non humidum, guſtus enim quidem ambo hæc percipit, ſed non potabile comparatur ad guſtum, vt prauum, & vt corruptiuum guſtus, potabile autem comparatur ad guſtum vt aliquid ſecundum naturam, & vt ei proportionatum, & potabile ſiue humidũ eſt cõmune tactus & guſtus. Deinde agit de organo ipſius guſtus, dicens, quoniam autem humidum quidẽ eſt guſtabile, neceſſe eſt ſenſitiuum. i. organum ſenſus ipſius guſtabilis, neque etiam humidum actu, ne impoſſibile fieri humidum: nam guſtus patitur a guſtabili, ſecundum quod eſt guſtabile: & quia patiens in fine eſt ſimile,

in principio autem dum ſaluatur in ſui conſiſtentia eſt diſſimile; neceſſarium eſt ergo organum guſtus, quod poſſibile eſt humectari, poſtquam iã paſſum eſt humectatum fore: ſed guſta tiuum ſenſitiuum.i.organumguſtus ſaluatur in ſui conſiſtentia, vt recte ſapores percipiat, non humidum autem oportet eſſe, ergo recte dicimus organum guſtus, non debere eſſe actu humidum, & etiam debere eſſe tale quod de facili poſſit humectari, quia de ſe debet habere humiditatem aliquam, per quam ſit diſpoſitum, vt de facili immutetur a ſapore, ſignum quod ſit ſic, eſt, quoniam non contingit ſentire linguam exiſtentem ſiccam, neque multum humidam, hęc enim tactu ſit primi humidi: nam cum quis habet linguam valde humidam, quicquid tangit poſtea per linguam, ſapit de primò ſapore quo eſt infecta, ſicut cum aliqs guſtauit fortem ſaporem & guſtet alterum deinde, ſapiet ſibi ſapor vltimus de primo ſapore, vt patet morbo laborantibus, omnia vidẽtur amara, propter id quod eorum lingua eſt infecta ac plena huiuſmodi humiditate colerica, ideo quoniam linguam oportet habere aliquã humiditatem, vt de facili a ſapore immutetur, idcirco dicit Auer. naturam parauiſſe ſaliuam in ore, & præparaſſe inſtrumẽta ad huiuſmodi ſaliuam congregandam, vt mediante ea ſicca guſtarentur. Deinde ſpecies ſaporum guſtus organum immutantes diſtinguit, dicens, quod ſpecies ſaporum ſumuntur, ſicut & in coloribus; quoniam ſicut colores quidã ſunt ſimplicis quidam medij, ſic & ſapores, ſed ſimplices quidem ſapores ſe habent contrariè ſicut dulce & amarum, habito autem.i.conſequenter ſunt cum hac.i. cum dulcedine pingue: cum illa verò.i.cum amaritudine ſalitum; nam pinguis ſapor eſt annexus dulci: ſalitus verò eſt propinquus amaro, media autem horum ſaporum ſunt acre, & auſterum, & ponticum, & acutũ: ferè hæ videntur differẽtię eſſe humorum vel ſaporum: & quoniam huiuſmodi ſunt ſapores, ideo cõcludit, dicens: quare organum guſtus eſt potentia ad huiuſmodi ſapores, guſtabile autem actu, eſt immutatiuum organi guſtus, quia eſt guſtabile tale in actu, quale organum guſtus eſt in potentia. Quod ſemper patiens eſt in potentia tale, quale eſt agẽs in actu; & quoniam organum guſtus patitur à guſtabili, tanquam ab obiecto, oportet organum guſtus eſſe potentia huiuſmodi, guſtabile verò eſſe huiuſmodi actu factiuum.

Tex. 23. De tangibili, Vſque, Dubitabit autem aliquis, ſi omne.

Hic Ariſtoriles determinat de tãgibili, quoniã ſenſus tactus (vt diximus) inter omnes ſenſus materialior exiſtit, dicens, quod eſt eadem ratio de tangibili & tactu, quia ſi tactus non eſt vnus ſenſus, ſed plures: neceſſarium eſt & tangibilia eſſe plura ſenſibilia; Quaſdam deinde mouet dubitationes circa tactum, dicens: qđ habet autem dubitationem vtrum tactus ſint plures ſenſus, aut vnus, & eſt alia dubitatio circa tactum, qđ eſt organum in ſenſu tactus, vtrũ caro in habentibus carnem, & in alijs animalibus non habentibus carnẽ, num ſit aliud organum proportionale carni; vel nõ: ſed hæc ſcilicet caro, vel proportionale carni, eſt medium in ſenſu tactus; primum autem ſenſitiuum.i.organum in huiuſmodi ſenſu, eſt aliquid quidem intra carnem, vt neruus, ideo quantum ſpectat ad primam dicit, quod omnis etenim ſenſus uidetur eſſe vnius contrarietatis, vt viſus albi, ergo nigri, auditus grauis

grauis & acuti, guſtus amari & dulcis, in tangibili autem multæ ſunt contrarietates, videlicet, calidum & frigidum, humidum & ſiccum, durũ & molle, & aliorum quæcunque ſũt huiuſmodi differentiæ tangibiles, cu iuſmodi ſunt graue, & leue, aſperũ, lene, & huiuſmodi; ergo ſenſus tactus non eſt vnus ſenſus, ſed plures, eo, quod non eſt unius contrarietatis. Deinde remouet circa hoc quandam reſponſionem apparentem, dicẽs: habet autem ſolutionem quandam apparentem ad hanc dubitationẽ, quoniam & in alijs ſenſibus ſunt plures contrarietates, ut in uoce, non ſolum eſt acumẽ, & grauitas, ſed magnitudo & paruitas, & lenitas, & aſperitas vocis, & ſimilia: nã & multas alias differentias poſſemus aſſignare in voce, quia aliqua uox eſt clara, aliqua obſcura; Sunt autem & circa colorem differentiæ diuerſæ, quoniam aliquis color eſt intenſus, aliquis remiſſus, aliquis turpis, aliqs pulcher; Poſſent ẽt & in alijs ſenſibus plures contrarietates aſſignari: ſed quod ſit unum ſubiectum, ſicut ſonus, eſt unum ſubiectum auditui, quia omnia quæ audiunt fundantur in ſono; ſic tactui eſſe ſubiectum unum non eſt manifeſtum. Hę contrarietates reducuntur ad unum genus, non tamẽ eſt ſic in tactu. Rurſus differentiæ dicunt actum; genus verò quid in potentia; Deinde accedit ad ſecundam quæſtionem, dicẽs: utrum autem ſenſitiuum .i. organum ſenſus tactus, eſt intus, ut neruus, aut non eſt intus, ſed uox, caro, eſt tale organum, nullum uidetur eſſe ſignum: quoniam uidemus fieri ſenſum cum tactu ſimul cum carne: non enim ex eo quod caro ſtatim tangibile ſentit, eſt ſignum ſufficiens, quod caro ſit organum in tali ſenſu, quia ſi nunc aliquis circa carnem extenderit pellem, uel faciens cooperimentum ſimiliter inſinuat mox fieri ſenſum tactus cum illa pelle, tamen conſtat organum ſenſus tactus non eſſe in huiuſmodi pelle: ſi autem huiuſmodi cooperimentum de pelle connaturale fuerit, citius utique pertingit ſenſus per contactum ad huiuſmodi pellem, & tamen conſtat quod in pelle illa ẽt ſi eſſet nobis coniuncta naturaliter, non eſſet organum ſenſus tactus; nam quantumcunque caro ſit nobis coniuncta naturaliter, & quantumque ſtatim carne tacta fiat ſenſus tactus, non tamen ualet argumentum, quod caro non ſit medium in tali ſenſu. Deinde concludit, dicens: propter quod talis pars corporis qualis eſt caro, uidetur ſic ſe habere ſicut ſi aer qui nos circundat, & qui eſt circa nos nobis eſſet naturaliter adaptatus uel naturaliter coniunctus, quia ſi hoc eſſet, uideremur uno quodam organo ſentire & ſonum, & odorem, & colorem; & hoc poſito, unus quidem ſenſus eſſe uideretur auditus, & uiſus, & olfactus; nũc autem quoniam determinatum eſt huiuſmodi corpus aereum a nobis, per quod corpus fiunt huiuſmodi motus; manifeſta autem prædicta ſenſitiua eſſe diſtincta ac diuerſa; in tactu uerò quomodo hoc quidem nũc immanifeſtum eſt. Deinde ueritatẽ determinat, dicens; quoniam differentiarum tangibilium excellentiæ animal corrumpunt, ut hæc corruptiua melius poſſemus agnoſcere, natura ingeniauit, ut medium in tactu eſſet aliquid naturaliter coniunctum nobis, & eſſet pars corporis noſtri: ſed ex aere quidem aut aqua impoſſibile eſt animatũ corpus conſtare, quoniam oportet firmum eſſe: ſed aer & aqua non ſunt firma, nec ſunt bene terminabilia termino proprio: igitur relinquitur, quòd mixtum ex

terra & ex his, ſcilicet aere & aqua, eſſe illud ex quo animatum corpus conſtat,& quia vniuerſaliter videtur eſſe caro huiuſmodi,& carni proportionabile; quæ ſunt pars corporis animati, talia ergo debent eſſe medium in tactu; quare corpus, quod eſt medium tactui, neceſſarium eſt eſſe aptum natum, ideſt naturaliter adaptatum per quod corpus fiant ſenſus tactus,& dicit ſenſus in plurali, cum plures ſint ſenſus tactus, hoc autem demonſtrat, quod plures ſunt ipſi tactus, qui ſunt in lingua, nã omnia tangibilia ſentit animal ſecundum eã dem partem, vt ſecundum linguam, & humorem, & ſaporem ſentit, ſecũ dũ partem illam, ſiquidem igitur & alia caro ſentiret ſaporem, videretur vnus & idem eſſe ſenſus, guſtus & tactus: nunc autem videntur eſſe duo, propter id quod non conuertitur: nã ſecundum omnem illam partem ſecundum quàm animal ſentit, guſtabilia ſentit & tangibilia: ſed non dicuntur ad ideo cõuertentiã, igitur ſi in ipſa lingua iudicamus tactũ eſſe differentem à guſtu, propter obiectorum differentiam, in alijs partibus corporis debemus iudicare diuerſitatem in ſenſu tactus propter differentiã tangibilium, igitur tactus erit vbique in qualibet parte animali, non autem guſtus, & propter id ſunt plures ſenſus.

Tex. 24. Dubitabit, vſque, oportet autem vniuerſaliter de omni ſenſu.

IN hoc contextu agit Philoſophus de medio huius, ſcilicet de medio ſenſus tactus, dicens, quod dubitabit aliquis circa tactum ſi fiat mediante aliquo corpore extraneo,& declarat dicens: qđ ſi omne corpus habet profundum, hoc autem .i. profundum, eſt tertia magnitudo, ſiue tertia dimenſio, quorum autem corporum eſt medium aliquod corpus, non contingit ipſa adinuicem ſe tangere immediate, ſed oportet ratione medij inter ea eſſe diſtantiam aliquam; corpora ergo in aqua ſe tangentia, quoniam inter ea ponitur aquea humiditas,& illa humiditas nõ eſt ſine corpore, oportet quòd inter illa corpora aliquod corpus interponatur, vnde ſubdit, quod humidum non eſt ſine corpore, neque humectum, ſed eſt neceſſe eſſe aquam, vt id quod eſt humidum, aut habere aquã. vt id quod eſt humectum: quæ uerò tangũtur ad inuicem in aqua, niſi ſint illorum extrema ſicca, neceſſe eſt aquam habere medium, quo repleta ſint extrema illorum corporum: ſi autem hoc eſt uerum, impoſſibile eſt tangere in aqua, aliquod aliud corpus ſine medio corpore,& de aqua dixerat, adaptat ad aerem, dicens, quod eodem modo eſt & in aere, quoniam ſe habet ſimiliter aer ad ea, quæ ſunt in ipſo, & aqua ad ea, quæ ſunt in ipſa, ſed latet magis nos de aere, eo quod ſumus in aere continuè, quemadmodum & animalia quæ ſunt in aqua, latet quod inter tangentia interponatur aqua, ſed licet ſic lateat, tamẽ humectum tangit humectum in aere, ſicut in aqua. Deinde comparat ſenſum tactus ad alios, & primo quod ſentit per medium extraneum, dicẽs num omnium ſenſuum ſit ſimiliter ſenſus, an aliorum ſenſuum ſit ſenſus aliter: ſicut nunc videtur guſtus quidem & tactus in tangendo, hi ergo ſenſus non ſentiunt per medium in extraneum, ſed alij ſenſus fiunt ꝑ medium extraneum: at licet ita uideatur, quoniam alij ſenſus videntur fieri per medium extraneum, & non tactus, hoc non eſt ita, ſed durum, & molle,& cætera tangibilia, ſentimus per media extranea, ſicut ſentimus ſic uiſibile, ſonabile,& odorabile: ſed

quoniã ſic eſt quod tactus ſentit per medium extraneum, ſicut & alij ſenſus, & hoc non videtur ac latet nos, ideo oſtendit cur lateat, dicens: ſed alia quidem ſenſibilia ſentimus à longe, alia verò vt tangibilia à propè, propter hoc, quia ergo ſic eſt, ideò latet nos: eo quod omnia ſentimus per medium extraneum: ſed latet in tangibilibus, quia non videntˀ ſentiri per medium extraneum, quoniam à propè ſentiuntur, & quia ſicut diximus prius, ſi per pelles ſentiremus omnia tangibilia, ignorato autem quod pellis prohibet, & quoniam ſe habet ut medium, ſimiliter vtique haberemus ſicut & nunc in aqua & in aere, putamus enim núc ipſa tangere, & nihil eſſe mediũ; Deinde oſtendit differétiam inter ſenſum tactus, & alios ſenſus, dicens diximus in tactu concurrere, ibi medium extraneum ſicut in alijs ſenſibus: tamen differt aut differenter ſe habet ad huiuſmodi mediũ tangibile à viſibilibus, & ſonatiuis, quoniam illa quidem ſonatiua ſupple, & viſibilia, & etiam odorabilia, ſentimus, ex eo quod mediũ mouet nos ſecundum aliquid, tangibilia uerò ſentimus non per medium ſicut percuſſus per clypeum, non enim clypeus percuſſus eſt prius, quàm clypeatus, ſed accidit ſimul pcuti vtrũque. Deinde oſtendit quomodo comparetur ad tactum medium naturale, dicens, quod omnino videtur caro, & lingua ſic ſe habere ad organum ſenſus tactus, ſicut ſe habent aer & aqua ad viſum & auditum, & olfactum: quoniam ſimiliter ſe habet ad ſenſitiuum vnumquodque illorum, ipſo autem ſenſitiuo, id eſt, organo ſenſus tacto, neque hic, neque ibi fiet ſenſus, vt ſi quis ponat album corpus in oculum, vltimate nõ fiet viſio, & non fieret tactus, ſi poneretur corpus tangibile immediate ſupra organum tactus, quare ſic manifeſtum eſt, quod ſenſitiuum tangibilis, hoc eſt ſenſus tactus, ſit intus, id eſt, non ſit caro: ſed intra carnem, quoniam ſi accidet in tactu quod accidit in aliis ſenſibus, appoſita enim illa ſenſibilia ſuper organum ſenſus, non ſentiunt, id eſt, non ſit ſenſus, tangibilia autem appoſita ſupra carnem, ſit ibi ſenſus; quare caro eſt medium in tactu, nõ organũ. Deinde de obiecto tactus agit, dicens, quod tangibiles qualitates ſunt differétię corporis ſecundum quod eſt corpus; dico autem differentias quibus eleméta diſtinguunt, vt calidum, frigidum, humidum, ſiccum, de quibus dictum eſt in his lib. de generatione: nam hę quatuor qualitates ſenſibiles, ſunt differentiæ elemétorũ. Deinde oſtendit quod huiuſmodi qualitates habent immutare ſenſum tactus, dicés, quod ſenſitiuum ipſarum qualitatũ tangibilium, quod tactiuum eſt, id eſt qđ eſt organum tactus, & eſt illud in quo primo eſt ſenſus vocatus tactus, huiuſmodi ſenſitiuum, vel huiuſmodi ſenſus tactus, eſt quædam pars corporis, quæ eſt in potentia paſſiua ad huiuſmodi qualitates tangibiles. Quod verò ita ſit, patet: quoniam ſentire eſt quoddam pati, quare ſenſibile eſt faciés ipſum ſenſitiuum tale quale eſt ipſum in actu. Illud autem ſenſitiuum facit actu tale, cum ſit potentia tale, quoniam eſt organum ſenſui ſiue ſenſitiuũ tale, quale eſt ſenſibile in actu, Deinde concludit ſenſum tactus nõ ęquè percipere calidum vel æquè frigidum, ſed ſolum excellentias ſenſibilium, dicés, ꝙ ſimiliter calidum, frigidum, durũ & molle, non ſentimus, ſed ſentimus tantummodo excellentias tanquã ſenſu exiſtente velut medietate quadam eius contrarietatis quæ eſt in ſenſibilibus, & propter

hoc quod ſenſus tactus eſt medietas quędam ſenſitiua, i. organa ſenſus diſcernunt ipſa ſenſibilia, quia mediũ eſt quod diſcretiuum; fit enim ipſum medium ad vtrumq; extremorum & comparatum eſt ad alterum vltimorum. vnde (vt ſubdit) oportet ſenſum tactus eſſe denudatum a qualitatibus ſenſibilibus quas ſentit, iō dicit: oportet quod ſicut debens ſentire album & nigrum, eſſe neutrum ipſorũ actu, potentia verò eſſe vtroque: ſic autem & in alijs ſenſibus oportet ſe habere, & etiam in tactu, quoniam oportet tactum, neque calidum, neque frigidum eſſe actu, ſed oportet vtrumque illorum eſſe in potentia ſi illa percipere debeat. Deinde oſtendit ſenſum tactus eſſe oppoſitorũ, dum inquit, alij ſenſus; dicẽs: amplius autem ſicut & viſus quodãmodo erat viſibilis, & inuiſibilis, ſimiliter autem & alij ſenſus erant: ſic & tactus eſt tangibilis, & intangibilis, intangibile autem dicitur habẽs paruam omnino differẽtiam tangibiliũ, vt paſſus eſt aer qui habet valde remiſſas differẽtias tangibiles, quoniã ſunt ſicut corruptiua tactus, igitur ſecundum vnumquemq; ſenſuum dictum ſit vniuerſaliter, & hoc modo.

Tex. 25. Oportet autem, vſque, Quoniã autem non ſit ſenſus alius.

Determinauit de ſenſibilib. nũc de ſenſib. agere intendit; & primo agit de quibuſdã generalibus ac cõibus ipſis ſenſibus, dicẽs, qđ oportet accipere vniuerſaliter de oĩ ſenſu, quoniam ſenſus quidem eſt ſuſceptiuus ſpecierum ſine materia: vt cera recipit figuram annuli ſine auro, & ſine ferro, accipit autem cera ſignum aureum, aut æneum: ſed non inquãtum aurum aut æs; ſimiliter & ſenſus vniuſcuiuſque patitur ab habente colorem, aut humorem, aut ſonum, ſed non inquantum dicitur vnumquodque illorum, ſed inquantum eſt huiuſmodi ſecundum formã: namque paries coloratus, non agit in oculum quatenus paries, ſed quatenus coloratus, & ſecundum formã vel rationẽ coloris. Deinde aliud commune omni ſenſui aſſignat, dicens quod ſenſitiuum, id eſt, organũ ſenſus eſt illud in quo eſt huiuſmodi potentia ſenſitiua. eſt quidem igitur huiuſmodi organum ſentiendi idem ſubiecto, cum potentia ſenſitiua ſeu cum ſenſu, ſed ſecundum eſſe diffinitiuum, & ſecundum rationem alterum eſt: quoniam ipſum organum qđ patitur ſenſus, vel quod patitur ſenſum, ſiue ſuſcipit ſenſum, eſt quędam magnitudo: non tamen eſſe ſenſitiui, vel rō organi eſt eadẽ quod ratio ſenſus, quoniam magnitudo & organũ non eſt ipſe ſenſus, neque ſenſus eſt ipſa magnitudo, ſed ſenſus eſt quædã ratio, & quædam potentia illius, id eſt, magnitudinis vel organi. Deinde ſubdit, quod manifeſtum eſt ex his propter quod excellentię ſenſibilium corrumpunt ſenſus, quoniam ſit fortior quam ſenſitiuum, vel quã organum ſit aptum natum ſuſtinere huiuſmodi, nõ reſeruatur ibi debita proportio, ſed ſenſus erat quædam ratio & quædam proportio, ſicut tollitur ſimphonia & tonus nimis fortiter percuſſis cordis, ſic tollitur ſenſus ſi ab excellenti obiecto longe fortiter organum immutatur: vnde nimirum cognoſci poteſt, cur plantæ (etſi quandam animæ partem obtineant, & tãgibilibus afficiãtur, caleſcant, frigeſcant, humectentur) non ſentiant; nam huiuſmodi (quæ ad ſentiendũ requiritur) mediocritatem non hñt, neque rerum ſenſibilium formas ſine materia apprehendunt, ſed eas cum materia obtinẽt. Deinde mouet quandam queſtionem, ſcilicet, vtrum

non

nõ hñs ſenſum, poſſit pati à ſenſibili, vt puta non habens viſum, à colore poſſit pati, dicens. Dubitabit autem aliquis ſi patiatur aliquid ab odore, quod non poſſibile eſt olfactum habere: aut ſi patiatur à colore, quod nõ poſſibile eſt videre: ſimiliter et in alijs ſenſibus dubiũ eſt, ſi patiatur aliquid ab alijs ſenſibilibus quod non habet alios ſenſus. Deinde arguit ad partẽ falſam, dicẽs: odor eſt quid olfactibile: & ſi aliquid facit olfactum, odor facit, quare impoſſibilium olfactum habere nihil impoſſibile pati ab odore; eadẽ ratio eſt & in alijs ſenſibilibus; quia neque poſſibilium eſt pati ab obiecto ſenſibili, ſed patitur ab obiecto huiuſmodi inquantum ynumquodq; eſt habens ſenſum alia ratione; ſimiliter, manifeſtum eſt, & per hanc rationem quod hæc obiecta ſenſibilia nihil agunt niſi in ea quæ habent ſenſum, quoniam neque lumen & tenebra, neque ſonus, neque odor, nihil facit in corpora niſi in ſenſu tantũ, ſed ea in quibus eſt ſonus, ut aer, in quo habet eſſe ſonus, facit; qui cum tonitru ſcindit lignum. Deinde oſtendit non eſſe eandem rationem de qualitatibus tangibilibus, & de alijs, dicẽs: ſed tangibilia, & ſapores, faciunt aliquid in corpora: quoniam ſi non eſſet ſic, à quo vtique patientur inanimata, & alterabuntur? quaſi dicat, non eſſet dare à quo; ideo ſoluit, dicens: & illę ergo aliæ qualitates, ut odor, ſonus, & huiuſmodi, faciunt aliquid in corpore: aut nõ omne corpus eſt paſſiuum ab odore, & ſono, & q̃ ſunt paſſiua ab odore, & ſono, ſunt indeterminata, & non manent, quia talia quæ patiuntur à talibus qualitatibus, non manent, quoniam ſunt val de fluxibilia ac longe paſſiua, vt aer qui eſt valde fluxibilis, ac valde paſſiuus, ab odore patitur: eo quod fœtet ſicut aliquid patiens; & per hoc ſoluta eſt ſecunda ratio, ſcilicet, quod neque lux, neque ſonus nihil facit in corpora, niſi per accidens, non tamen per ſe. Deinde primam ſoluit rationem, dicens: quid ergo odorare eſt, præter pati aliquid, quoniã idem eſt odorare, quod pati ab odore, vnde nihil patitur ab odore niſi quod odorat, aer autem eſt patiens ab odore, non tamen ſentit odorem, ſed mox fit ſenſibilis per huiuſmodi paſſionem, ideo à ſenſibili vt ſenſibile, ab audibili, vt andibile, & quemadmodũ ab odorabili vt odorabile, & à viſibili vt viſibile, nihil aliud à ſenſu patitur. Sed notatione dignũ eſt, quod quicquid ab odore patitur, ſentit odorẽ, ſed quicquid ab odore patitur, vel ſentit odorem, & habet ſenſum vt organum; uel eſt quicquid ſenſibile, & eſt immutatiuum ſenſus vt medium.

F I N I S.

COM-

COMMENTARIA IN LIBRVM TERTIVM DE ANIMA.

Textus Primus. Quoniam autem, vſque. An verò neque communium poteſt eſſe.

INcipit ergo in hoc tertio libro (eo qđ de Intellectu vult agere) non eſſe aliũ ſenſum præter hos quinque, dicens, qđ non eſt alius ſenſus præter quinque, videlicet viſum, auditum, guſtum, odoratum, & tactũ; & hoc probat, quoniam nos omnes ſenſus habemus, & ſolos hos quinque habemus, tametſi enim plures tactus poſuerimus, quia tamen omnia tangibilia vt tangibilia ſunt, tactu percipimus, illos vnius ſenſus nomine cenſemus: non eſt igitur alius ſenſus præter hos quinque, quia vt ſubdit, ſi aliquis ſenſus nobis abeſſet, & aliquod organum nobis ſentiendi ad eſſe oporteret, quod hoc eſſe non apparet, ideo probat nobis non deficere aliquod organum, dicens, quod quæcunque quidem ipſi tangentes ſentimus, ſunt per organum tactus, quem tactum, vel quod organum tactus exiſtimus habentes, eo quod non poteſt nobis organũ deficere, per quod tactu cognoſcimus. Deinde ſubdit: quod quæcunque ſenſibilia ſentimus per media, per corpora ſimplicia ſentimus ea; dico autem ſupple huiuſmodi, vt aer & aqua; habent autem ſic ſe huiuſmodi media, vt ſiquidem per vnum medium cognoſcimus plura ſenſibilia exiſtentia altera ab inuicem genere, neceſſe eſt habentem organum ſenſus huiuſmodi, ſcilicet proportionatum medio, eſſe ſenſitiuum vtrorumque, id eſt ſentire & cognoſcere vtraque: vt ſi ſenſitiuum vel ſi organum ſenſus eſt ex aere ideſt proportionatum & cõforme aeri, & aer eſt medium ſoni & coloris, per illud ſenſitiuum cognoſcemus ſonum ac colorẽ: ſi verò plura media ſint eiuſdem ſenſibilis, ſicut coloris eſt mediũ aer & aqua, eo quod vtraque ſunt diaphana, quod eſt habens organũ conforme alteri eorum, aut quod habet organum conforme ambobus, cognoſcet colorem, vel odorem qui eſt aptè natus cognoſci per vtrumq; mediũ, ergo requiritur organum eſſe conforme medio, ad hoc, quod ſentiamus per organum illa ſenſibilia quæ ſunt apta nata per medium ſentiri, ergo ſenſitiua ideſt organa ſentiendi, ſolũ ſunt conformia, vel apta nata conſtitui ex his duobus ſimplicibus corporibus, videlicet ex aere, & ex aqua, vt pupilla quidem non eſt aqua, auditus verò aeris, olfactus autem eſt horum alterius, ignis autem nullius eſt, aut eſt communis omnibus, quia nihil eſt ſenſitiuum ſine calore; terra autẽ aut nullius eſt, aut in tactu maximè miſcetur; vnde relinquitur, nullum organum ſenſus eſſe extra aerem, & aquam. Sed hæc organa ſenſus, conformia aeri, & aquæ, ſecundum quod

nunc

nunc videmus, habent animalia quædam perfecta, ergo omnes ſenſus habentur ab animalibus non imperfectis, nec orbatis: immò quędam huiuſmodi eſſe videntur, ſcilicet orbata, quæ non ſunt, vt talpa; & tamen nō eſt, quia uidetur eſſe habens oculos ſub pelle, ſcilicet propter offenſionē quam poſſet ex terra recipere. Deinde concludit nobis non deficere aliquem ſenſum, dicens; quare ſi nō eſt aliquid alterùm corpus elementarē præter hęc quatuōr elementa, uel ſi præter hæc quatuor elementa, & quę ex his ſunt concreta, nihil ſenſibiliū exiſtat, nullus perfecto ſenſus deficere videtur.

Text.2. At verò, vſque, quoniam ſentimus quod videmus.

HOc in loco uult probare Philoſophus, ſufficientiam ſenſuū, oſtendens non eſſe dandum ſextum ſenſum ex parte ſenſibilium communium, poſtquam probauit ſufficientiā ex parte ſenſibilium propriorum, dicit ergo. At verò neque communium ſenſibilium poteſt eſſe aliquod ſenſitiuum proprium quæ communia ſenſibilia unoquoque ſenſu ſentimus, nō ſecundùm accidens; ut cognitio motus, ſtatus, figuræ, magnitudinis, & numeri, & etiam cognitio unius eſt per ſenſum, non ſecundùm accidens; nā hæc omnia ſentimus per motum, & per tranſmutationem factam in ſenſu, ergo huiuſmodi ſenſibilia non ſentiuntur per accidens, quia ſenſibile per accidens nullum motum, & nullā tranſmutationem facit in ſenſum; qd autem hæc ſic ſentiantur patet: quoniam magnitudinem percipimus per motum & tranſmutationem factam in ſenſu, unde & figuram per huiuſmodi tranſmutationem percipimus, quia figura eſt quædam magnitudo, quieſcens autem percipitur à nobis in eo quod non mouetur, numerus verò cognoſcitur negatione continui. Si igitur magnitudo & motus aliquid faciunt in ſenſu, ac ſenſibilia ſunt non per accidens; hæc omnia erunt ſenſibilia, non per accidens, quia aliquo modo reducuntur ad magnitudinem, & motum. Quare, ſi præter ſenſibilia communia eſſet dare ſextum ſenſum, tunc huiuſmodi ſenſibilia eſſent propria illi ſexto ſenſui, ſed ſi ſenſibilia communia eſſent propria ilii ſexto ſē ſui, uel alicui ſenſui, ſentiretur per accidens ab alijs ſenſibus; ſed hoc patet eſſe falſum, quoniam non ſentiuntur per accidens ab his ſenſibus, igitur non ſunt propria alicui alij ſenſui, idcirco, non oportet ponere ſextum ſenſum. Aliam rationem adducit, dicēs; & quantū ad ſenſibilia propria unuſquiſque enim ſenſus, ſentit unum tale ſenſibile propriū; quare patet quoniam impoſſibile eſt cuiuſcunque horum eſſe proprium ſenſum, vt motus impoſſibile eſt eſſe aliquem ſenſum proprium, quoniam quodlibet tale à multis ſenſibus ſentitur ergo, ſi nullū horum ſenſibilium eſt proprium alicuius ſenſus, etiam præter talia ſenſibilia non poteſt poni aliquis ſpiritualis ſenſus, nec prêter ea poni poterit ſextus ſenſus. Deinde aliam adducit rationem, dicens, quod ſic erit de ſenſibilibus communibus ſi ſentirentur per accidens, ſicut nunc viſu ſentim⁹ dulce, hoc autem eſt, quoniam exiſtimus habentes amborum ſenſum, ſcilicet tam dulcis, quam albi, propter quod cum coinciderit in eodem ſubiecto album & dulce, vel alius color cum dulci, cognoſcimus dulce viſu p accidens: ſi verò non coincidat dulce cum colore, nequaquam vtique viſu dulce cognoſcemus, ergo vno modo eſt ſenſibile per accidens, ſicut dulce ſentimus viſu; ſed aut alio modo ſecūdum accidens ſentiebamus, vt Cleonis

nis filium, nō quia Cleonis filius eſt, ſed quoniam albus eſt: nam huic albo accidit Cleonis filium eſſe. Deinde probat ſenſibilia communia non ſentiri per accidens, & non eſſe propriū ſenſum eorum, dicens quod communium ſenſibilium iam habemus communem ſenſum, non ſecundum accidens ſentir illa ſenſibilia communia, dicuntur autem ſenſibilia communia ſentiri à communi ſenſu, non per accidens, quia ſentiunt à pluribus ſenſibus p ſe, non ergo eſt ſenſus proprius eorum, nec propter ea oportet ponere ſpiritualem ſenſum, nequaquam.n. vtique ſentiremus ea his ſenſibus per ſe, ſed ſentiremus ſic, ſicut dictum eſt, id eſt, ſicut nos contingit videre filium Cleonis: aut ſicut ſentiunt ſenſibilia propria ad inuicem ſecūdū accidens, & non ſecundum quod ipſi ſunt, ſed ſecūdū quod vnus ſenſus ſenſit ſenſibile alterius, cū ſimul fiat ſenſus illius ſenſibilis in eodem cum alio, vt Colera quidem amara, & rubicūda eſt. Sed non eſt alterius ſenſus differentiæ, id eſt, cognoſcere quod ambo, ſ. rubicundum, & amarū in vnū vniuntur: qa nullus ſenſus particularis iudicat per ſe de ambobus: & hæc eſt cauſa propter quod ſenſus multoties decipitur, quia ſi ſit rubicundum, opinatur eſſe Coleram; igitur non eſt dandus ſextus ſenſus, vt ex hoc elicitur quoque. Soluit deinde quandam quæſtionem, quæ poſſet quæri circa hęc, dicens: inquirens autem quis cuius cauſa habemus plures ſenſus, & non vnū tantū qui percipiat omnia ſenſibilia? reſpondet, dicens, quod contigit quatenus minus lateant hęc obiecta quę cō ſequentia ad obiecta propria, & quæ ſunt communia, vt motus, & magnitudo, & numerus: nam ſi eſſet ſolus viſus qui perciperet iſta obiecta, & ipſe viſus eſſet albi, laterent vtique magis: quoniam crederemus ea eſſe obiecta propria viſus, vnde viderentur omnia talia obiecta eſſe idem, propter id quod ſequerētur ſe ad inuicē ſimul color, & magnitudo; nunc autē quia in altero ſenſibili reperiuntur huiuſmodi ſenſibilia, quæ ſunt communia: hoc inquam clarum facit, quod aliud quidem eſt vnumquodq; ipſorum, vt puta, aliud eſt color, & aliud magnitudo, ac aliter comparat ad viſum magnitudo, & aliter color. Notatione dignū eſt, quod aliter uidetur eſſe per accidens dulce, & aliter filius Cleonis, quoniā dulce ſic ſentit à uiſu per accidens, quoniam tamen ſentit ab alio ſenſu per ſe, ut à guſtu. Sed filius Cleonis ſic uidet à uiſu per accidens quod à nullo particulari ſenſu ſentitur per ſe.

Tex. 3. Quoniam autem, uſque, Senſibilis autem actus.

VVlt in præſenti inueſtigare naturam de ſenſu cōmuni, & primo obijcit ad hanc partem, quod ſenſus particulares ſentiāt ſe ſentire, dicens: quoniam aūt ſentimus qđ videmus, id eſt, percipimus nos videre & ſentimus qđ audimus neceſſe eſt, aut viſu ſentire quia videt, aut altero: ſi autem altero, vel diuerſo? aut nō erit altero ſimpliciter, aut erit altero ſimpliciter, idēō, ſi erit altero, aut erit ipſo qđ videt, quia non erit ibi alteritas, ſimpliciter: aut erit ibi alteritas ſimpliciter, & idem ſenſus erit viſus, & ſubiecti coloris, id eſt, ille idem ſenſus qui videt viſionem, videbit & colorem: quare aūt duo ſenſus erūt eiuſdem obiecti, quod eſt impoſſibile, aut idem ſenſus erit ſuijpſius, & ſentiet ſe ſentire. Ad hoc oſtendendum aliam rationē adducit, quomodo eadem ſenſu videam?, & videamus nos videre, dicens: amplius, & ſi alter ſit ſenſus viſus, quo viſionem percipimus,

mus,& quo ſentimus nos ſentire,tūc de illo alio quæram, num ſentiant ſe ſentire: aut ergo erit ire in infinitū, aut erit aliquis ſenſus qui ſentiet ſe ſentire, quare eſt ſtandum in primo, id eſt,in principio: quia ſtatim debemus hoc cōcedere,quod idem ſit ſenſus qui ſentiat, & qui ſentiat ſe ſentire. Deinde ad partem contrariā obijcit,quod non eodem modo ſentimus, & ſentimus nos ſentire,dicens:quod hoc habet dubium, eo quod ſentire viſu, idem eſt quod videre: videtur autem color aut habens hunc, ſcilicet colorem,ergo ſi videbit quis, qđ eſt, & videns,ſiue ſi videbit ſe videre, vel ſi videbit ſuam viſionem: & primum videns, id eſt, organum viſus, in quo primo,& principaliter fundatur ipſa viſio, habebit colorem, quod eſt inconueniens. Soluit deinde, dicens: patet igitur, quòd non eſt viſu ſentire vnum tantum, id eſt, ſentire tantum vno modo namque cum non videmus viſu,diſcernimus tenebras, & cum videmus viſu, diſcernimus lumen,ſed non ſimiliter: quoniā non eodem modo viſu diſcernimus tenebras, & lumen; Inſuper,& organum viſus vel ipſa viſio tāquam quid coloratum eſt, cuius cōtrarium ſupponebatur. Deinde probāt ipſam viſionem,vel ipſum organū viſus,quodammodo coloratum eſſe. adde ergo tu hoc modo dicendo, quod aut organum viſus eſt quodammodo quid coloratum dicitur, quoniam organum ſenſus vnumquodque eſt ſuſceptiuum ſpeciei ſenſibilis ſine materia vnde abeuntibus ſenſibilibus, inſunt ipſis animalibus phātaſiæ, & ſenſus, quibus ſentiunt, quod eſſe nō poſſet; Nota,quod ſi viſus videret ſe videre, videret ipſam viſionem,& quia nihil videtur niſi quod habet colorem, vel quod eſt coloratum, tunc ipſum organum uiſus, uel ipſa uiſio haberet colorem, uel eſſet colorata, quod pater eſſe falſum.

Tex.4. Senſibilis autem,vſque,vnuſquiſque quidem igitur ſenſus.

IDem probat,ſ.ipſum uiſum,uel ipſum organum uiſus, quodammodo coloratum eſſe, ſed alia ratione, dicens:Senſibilis autem,& ſenſus eſt idem & unum ſecundum rem,ſed eſſe ipſorum nō eſt idem, quoniam ſecundum rationem differt: dico autem ut ſonus ſecūdum actum, & auditus ſecundum actum,nam idem eſt actus ſoni actu immutantis auditum, & auditus actu immutati à ſono. Dicit autem ſecundum actum, quoniam contingit habentia auditum,non audire, hoc eſt,nō immutari à ſono, ſed cum operetur,id eſt,cum actu audit,poſſibile eſt audire, & cū actu ſonat,poſſibile ſonare,tunc ſecundum actum auditus, & ſecundum actum ſonus fit ſimul, quorum utiq; aliquis hoc quidem dicit eſſe auditionem,ut ſe habet ex parte auditus, hoc uerò ſonationē, ut ſe habet ex parte ſoni. Deinde ſubdit, quod actio quæ eſt ſenſibilis, & ſenſus, non eſt in ſenſibili agente, ſed magis in ſenſu patiente,quoniam actio & paſſio, & omnino motus,nō ſunt in agente,ſed in patiente; Vnde dicit: Si ergo eſt motus, & actio, & paſſio, in eo quod patitur, neceſſe eſt & ſonum, & auditum, qui eſt ſecundum actum, eſſe in eo quod eſt ſecundum potentiam, hoc eſt, eſſe in organo,quod comparatur ad obiectū tanquam potentia ad actum,& tanquam ad actiuum paſſiuum; Quod uerò actus ſenſibilis in ſenſu ſit,patet: quoniam actus actiui,& motiui in patiente fit, unde non eſt neceſſe mouens moueri, eo quod motus per ſe loquēdo, eſt in moto, & non in mouente. Actus quidem ſonatiui eſt ſonus, aut ſonatio, auditiui autem eſt auditus,

uel auditio. Deinde ſubdit dupliciter autem dicitur auditus, & ſonus, ſcilicet ſecundùm actum, & ſecundū potétiam, & eadem ratio eſt in alijs ſenſibilibus, quoniam ſicut actio, & paſſio ſunt in patiente, ſic actus ſenſibilis, & ſenſitiui eſt in ſenſitiuo, ſicut in patiente; ſed in quibuſdam quidem nominatū eſt, vt ſonatio, & auditio, in quibuſdam autem non nominatū eſt vtrumque, ſed alterum: quia viſio dicitur actus viſus, quæ verò eſt coloris, non nominatum eſt; & guſtatiui actus eſt guſtus, ſaporis autem nō nominatum eſt. Igitur, ſi idem eſt actus ſenſibilis, & ſenſus, (vt dicebatur,) & ille actus eſt in ipſo ſenſu, ſiue in ipſo ſenſitiuo, tanquam in patiente. (vt dicit alia propoſitio) ſcilicet, actus coloris qui dici poteſt coloratio, erit ipſius ſenſus viſus, vel ipſius organi viſus, & erit in ipſo ſenſu, vel organo. Deinde ſoluit quaſdam quæſtiones, dicens; Quoniam autē vnus eſt quidem actus ſenſibilis, & ſenſus, ſed eſſe eſt alterum, ſ. ſecundùm rationem diffett, neceſſe eſt ſimul corrumpi, & ſaluari; ſicut dictum eſt, auditum, & ſonum, & humorem, ergo & guſtum, & alia ſimiliter; Sed hoc eſt intelligendum de dictis ſecundū actū, quoniam dicta ſecundū potentiam, non neceſſe eſt ea ſimul & corrumpi, & ſaluari. Sed priores Philoſophi non rectè hoc dicebant, nihil opinantes, neque album, neque nigrum, ſine viſu eſſe, neq; ſaporem ſine guſtu, quia ſic quidem, id eſt, vno modo, rectè dicebant, alio modo non: quoniam dupliciter dicto ſenſu, & dupliciter quidem dictis ſenſibilibus, his ſecundū potentiam, illis autem ſecundū actū; de dictis ſecundùm actum accidit, qđ dictum eſt, ſed in alteris dictis ſecundum potentiam non accidit. Sed illi priores Philoſophi ſimpliciter dicebant de dictis non ſimpliciter. Deinde ſoluit quare excellentia ſenſibiliū corrumpant ſenſum, primo præmittens idem eſſe ſenſum, & ſenſibilem, dicēs: Si autem ſymphonia eſt quędā vox, vox autem, & auditus eſt ſicut vnum & idem, & eſt non ſicut unum, & idē, eo quod actus ſenſibilis & ſenſus eſt ſicut unus, & idem ſecundum rem, non autem ſecūdum rōnem: ꝓportio autem eſt ſymphonia, & quoniam ſic eſt, neceſſe eſt, quod auditus ſit quędam ratio, id eſt, proportio, ideo propter id quod ſenſus eſt quædam proportio, vnumquodque excellens acutum, & graue, corrumpit auditum, & in ſaporibus excellentia corrumpit guſtum, & in coloribus fortiter fulgidum, & fortiter obſcurū, corrumpit uiſum, & in olfactu odor fortis, ut dulcis, & amarus, ſi ſit fortis, corrumpit olfactum, tanquam ſenſus ſit quędam proportio, proportio autē in excellentijs corrumpitur, & in medijs ſeruatur: vnde & delectabilia q̄dem ſunt ſyncera, & mixta entia ad proportionem: quoniam quando ea quæ ſunt ſyncera, vel pura, & extrema, ſi miſcentur & reducant ad proportionem, fiunt magis delectabilia ſenſui, ut patet de acuto, dulci, & ſalito, delectabilia ſupple ſunt quando reducuntur ad medium, ideo dicit: Omnino, autem quod mixtum eſt, qđ delectabile eſt, & ſymphonia magis eſt quod delectabile auditui, quā acutum, & graue, & calefactibile, & frigefactibile: ſi reducantur ad mediū, erunt delectationes tactus. At hæc omnia ſic ſe habent, propterea quod ſenſus eſt quædam ratio, vel proportio, excellentiæ verò corrumpunt ſenſum, & ſenſus corrumpuntur per excellentias ſenſibilium.

Tex.

Tex. 5. Vnuſquiſq;, uſque, Quoniam autem antiqui duabus.

CLarius in pſenti huiuſmodi ſenſus communis naturam inueſtigat, ex differentia obiectorum. proponens illam differentiā quam poſſunt ſenſus particulares percipere, & ex differentia quam nō poſſunt percipere inueſtigat naturam ſenſus cōmunis, ideo dicit, quod vnuſquiſque quidem, ergo ſenſus, qui eſt in organo, inquantum eſt ſenſitiuum, vnuſquiſque, quidē igitur talis ſenſus eſt obiecti ſenſibilis, quoniam reſpicit vnuſquiſq; talis ſenſus aliquod proprium obiectum ſenſibile, & diſcernit differentiam illius ſenſibilis obiecti, vt uiſus diſcernit album, & nigrum, guſtus aūt dulce, & amarum; & in alijs ſe habet ſimiliter, ꝓpterea quod unuſquiſque ſenſus exiſtens in ſuo organo percipit differentias ſui proprij obiecti. Deinde de ſenſu communi agit, dicens: Qui aut album, & dulce, & unumquodque ſenſibilium, quomodo differt ad vnumquodq; ſenſibile diſcernimus quadam uirtute, & ſentimus q̄a differunt, neceſſe eſt ſentire hoc, aliquo ſenſu: quoniam talia ſenſibilia ſunt. Vnde & manifeſtum eſt, quoniam caro non eſt ultimū ſenſitiuum, uel non eſt illud ad quod reſidet ultimum de ſenſibilibus iudiciū: nec etiam eſt illud quod poteſt hanc differentiam diſcernere, quoniā tūc neceſſe eſſet ipſum ſenſitiuum tactus per carnem tangens hęc ſenſibilia diſcernens inter ea diſcernere. Igitur adde modo tu, quod ſi organū tactus non eſt vltimum ſenſitiuum, nec aliquis alius particularis ſenſus poteſt eſſe ultimus ſenſus, ſed oportet dare aliquē ulteriorem ſenſum ſuper omnes particulares, qui dicitur communis. Deinde quaſdam cōditiones ſenſus communis detegit, primo oſtendens ſenſum communem eſſe quandam uirtutem ſeparatam, dicēs, quod neque utique ſeparatim contingit diſcernere quod alterum ſit dulce ab albo, ſed oportet una aliqua uirtute utraque manifeſta eſſe, ſic enim eſſet, ſi per alteras uirtutes perciperemus albū, & dulce, ſicut ſi ego dulce hoc ſentio, tu aut illud album, manifeſtū utique erit, quoniā altera ſunt ad inuicem dulcem, & album, quoniā aliter ego patior à dulci, & aliter tu ab albo; patet ergo hæc altera ſiue diuerſa eſſe: ſed non erit nota hæc alteritas ſiue diuerſitas, niſi ſit aliquid q̄d utraq; cognoſcat, ſ. utrumq; ſenſum, ideo ſubdit: Oportet autem unū, & eundem dicere, quoniam alterū eſſe dulce ab albo, idem dicit, unde ſicut dicit, ſic & intelligit & ſentit. Deinde concludit, dicens: quod quidem igitur non ſit poſſibile iudicare ꝑ uirtutes ſeparatas eſſe ſeparata, dulce, & album, manifeſtum ex his eſt; quare declarato de ſenſu communi, qđ eſt uirtus non ſeparata, declarat q̄d iudicet in tempore non ſeparato, dicens; Quoniam autem, neque in ſeparato tempore hoc iudicat, hinc eſt manifeſtum: quaſi dicat, & non modo ſenſus ille unus eſt, ſed quoque ſimul tempore diuerſorum affert iudicium, & duo, ut pulchrum, & amarum, & bonum, & malum iudicat, nūc eſſe diuerſa, & non per accidens, quia nunc dicat eſſe diuerſa, ſed dicit nunc eſſe diuerſa; Quò ſit, ut unus inſeparabilis, & tempore inſeparabili, diuerſa diſcernat. Deinde mouet quandam quæſtionem dicens: At uerò impoſſibile eſt ſecūdum cōtrarios motus moueri, idem autē indiuiſibiliter, & indiuiſibili tempore: nā ſi dulce ſit, mouet ſenſum communem aut intellectum, amarum aūt mouet ipſum cōtrariè, & album mouet ipſum aliter quam dulce, uel amarum, cum

impoſſibile ſit idem indiuiſibile in tẽpore non diuiſibili moueri tot diuerſis motibus: impoſſibile eſt, quod ſenſus communis ab omnibus iſtis moueatur, ac ſimul omnia iſta apprehendat, quod eſt cõtra quæ diximus. Deinde ſoluit ſecundum aliquos, dicẽs: ſenſitiuũ commune quod iudicat de omni huiuſmodi differentia, ſimul q. dem in numero eſt indiuiſibile & inſeparabile, ſed ratione & ſecundum eſſe ſeparatum, vnde ſubdit, quod eſt quodammodo diuiſibile, id quod ſentit diuiſa, & eſt autem quid indiuiſibile, quoniam ſecundũ eſſe quidem, id eſt, ſecundum rationem, eſt diuiſibile loco & numero indiuiſibile, quaſi dicat, hæc ſolutio, quod ſenſus cõmunis, licet ſit vnus ſubiecto, & loco, eſt tamen plura ſecundũ eſſe & rõnẽ. Deinde contra hanc ſolutionẽ obijcit, dicens. Aut non poſſibile eſt qđ ſenſus communis actu moueatur cõtrarijs motibus, ſi ſit indiuiſibile, quia potentia quidem idem, & indiuiſibile eſt contraria: quoniam idem poteſt moueri contrarijs motibus, ſecũdùm eſſe autem, vel ſecundũ actum, non mouetur idem cõtrarijs motibus, ſed in operari, id eſt, ſecũdum actum, qđ mouetur contrarijs motibus diuiſibile oportet eſſe: impoſſibile eſt (ſubdit) album, & nigrũ, eſſe ſimul; quare, neque poſſibile eſt pati ſimul ſpecies ipſorum: ſed huiuſmodi eſt ſenſus, & intelligentia, quod ſimul patitur & recipit actu ſpecies ipſorũ, igitur non eſt vnus, & indiuiſibilis, vt hi volebant; Ipſe ergo ſoluit recte, dicens, quod ſenſus communis ſe tenet quaſi punctus, propterea quod ſicut punctus poteſt eſſe terminus diuerſarum linearum, ſic & ſenſus communis eſt illud ad quod terminantur diuerſi ſenſus particulares, quare ſicut punctus eſt quodammodo vnus, & quodammodo duo, ſic & ſenſus cõmunis eſt aliquo modo vnus, & aliquo modo plura; vnde dicit, quod ſicut id quod quidam vocant pũctum, eſt aliquo modo vnum, & aliquo mo plura: ſic & ſenſus communis eſt, aut vnum, aut duo, ſcilicet, vno non eſt diuiſibile, alio modo eſt indiuiſibile, ſecundùm quod quidem igitur eſt indiuiſibile, & ſecũdum quod quid eſt vnum, ſic eſt diſcernens, & iudicans ſimul: ſecundum verò quod eſt diuiſibile, vtitur ſimul aliquis eodem ſigno, id eſt, eodem principio ſenſitiuo bis, ſicut vtimur eodem puncto bis, quatenus eſt diuerſarum linearũ terminus; Vnde dicit, quod inquantum vtitur quis illo termino, vel illo ſenſu, pro duobus, iudicat duo, & ſeparata ſunt quæ iudicat, & ſeparato modo iudicat de illis; Quatenus verò eſt quid vnum, vno modo & ſimul iudicat. Namque ſenſum communem apprehendere diuerſa ſimul non poteſt, niſi aliquo modo ſit plura, & ideo dicamus, quod ſenſus cõmunis ſit vnꝰ materialiter, & ſubiecto, ſed plura formaliter, vel quod ſit vnus ſecundum ſe, & plura ſecundum inſtrumenta, & ſecundum organa; & hæc eſt melior ſententia.

Tex. 6. Quoniam autem, vſque, Singulariter phantaſia eſt ſecundum quam.

QVidam incipiunt hic tertium librum: at hoc ad nos parũ refert: ſeparat aũt ac diſtinguit intellectum à ſenſu, & à phantaſia, ſed primo à ſenſu, dicens; Quoniam autem antiqui maximè diffiniunt, vel determinant & diſtinguunt animam duabus differentijs, videlicet motũ ſecundum locum, & in eo quod eſt intelligere, & diſcernere, & ſentire, vſ autem intelligere, & ſapere eſſe tãquam quoddam ſentire, quoniam in vtriſque his, tam per intelligere quã per ſentire, anima iudicat ac cogno-

ſcit

ſcit aliquid horum quæ ſunt; Hic idē per opinionem Empedoclis oſtēdit, dicens: quod antiqui inquiunt idē eſſe ſapere & ſentire, ſicut dixit Empedocles, qui vult ad pręſens tempus, & ad horam præſentem voluntatem augeri, & in hominibus & ĩ alijs, ſi alia ab homine habent intellectum; Vnde eis, tam hominibus, quàm aliis diuerſitas temporis, vel horarum ſemper præſtat diuerſa ſapere; quia ſecūdum Empedoclum diuerſificabatur tempus & hora, & ſic diuerſificabatur noſtrum ſapere & noſtrum intelligere. Deinde hoc idem per opinionem Homeri oſtendit, dicens: quod idem autem his vult, & id qđ eſt Homeri: Nam id quod eſt dictum Homeri, illis dictis Empedo. aſſimilatur, intellectum eſſe ſenſum: dicebat nanque poeta, quod talis ĩtellectus eſt in terrenis hominibus, qualem inducit in die pater virorum deorumque, id eſt, ſolo. Deinde oſtendit, quod antiqui opinati ſunt intellectum eſſe ſenſum ex modo cognoſcendi, dicens: quod omnes antiqui Philoſophi opinabantur intelligere eſſe quid corporeum: quoniam ſicut & ſentire, ſic & ſapere ſecundum eos fiebat, eo qđ ſimile cognoſcitur: ſicut determinauimus in rationibus, quas dicimus in principio, id eſt, in primo libro, ergo (adde modo tu) eſſe non poſſet, ſi intellectus non eſſet ſenſus, vt dicebāt antiqui, ſed hoc improbat, dicens: quoniam hi Philoſophi in tradendo modum cognitionis animę, ſolú qualiter anima ſcit & cognoſcit tradiderunt, quoniam dicebant ſimile ſimili cognoſci, nō tamē qualiter ignorat ac decipitur anima, dixerunt: & tamen dicendo de animæ cognitione, oportuit ſimul dicere ipſos de deceptione eius, imò magis oportuit eos dicere de deceptione quam de cognitione: quia magis proprium eſt animalibus ignorare, quam ſcire, & plurimum tempus anima perficit in hoc, id eſt, ignorantia, quam in ſcientia, ut patet experiētia, plures enim ſunt ignari q̃ docti: Vnde quoniam antiqui nihil locuti ſunt de deceptione, neceſſe eſt aut dicere, vt quidam dicunt, omnia quæ videntᷣ vera eſſe, ita, quod verum ſit in apparendo, & quod anima nūquam decipiatur: aut neceſſe eſt eos dicere deceptionem eſſe tactū, id eſt, per tactū diſſimilem, quia hoc, ſ. decipi per diſſimile contrarium, eſt ei qđ eſt cognoſcere ſimile ſimili. Sed hæc reſponſio ſtare non poteſt, quia videtur & deceptio, & ſcientia eadem eſſe contrariorum. Si igitur ſimile pertinet ad ſcientiam: & diſſimile quoque: & ſi diſſimile pertinet ad deceptionem, & ſimile quoque, quod quidem ergo non idem ſit ſapere, id eſt, iudicare per intellectum, & iudicare per ſenſum, manifeſtum eſt, q̄m hoc quidem, id eſt, ſentire & iudicare per ſenſum, eſt in omnibus animalibus, illud autem, id eſt, indicare, ac ſapere per intellectū, eſt in paucis, quare intellectus non erit ſenſus. Hoc idem alia ratione oſtendit, dicens, neque intelligere, vel per intellectū apprehendere in quo intelligere eſt rectè, & non rectè, rectè quidē eſt prudentia, ſcientia, & opinio vera: non rectè autem, contraria, id eſt, per contraria horum: nam per prudentiam, ſcientiam, & opinionem veram, intelligimus rectè: per contraria autē horum, non rectè; neque autem hoc, id eſt, neque intelligere, eſt idem cū ipſo ſentire, vel apprehēdere per ſenſum: quoniam ſenſus quidem propriorum, ſemper eſt verus, & omnibus animalibus ineſt: intelligere autem conuenit & falſo, & nulli ineſt, cui non ineſt ratio. Deinde ſubdit: phantaſia enim eſt, & aliorum quid à ſenſu, & eſt quid alterum ab intellectu,

Digitized by Google

lectu, & etiam hoc, id eſt, phantaſia non eſt ſine ſenſu, & ſine phantaſia non eſt opinio: Nam licet phantaſia non ſit ſenſus, tamen quia eſt motus factus à ſenſu, ſine ſenſu eſſe non po teſt. Deinde vult oſtendere opinionẽ non eſſe phantaſiã, dicens: quod autem non eadem eſt phantaſia & opinio, manifeſtum eſt, quoniam phantaſia eſt paſſio in poteſtate noſtra, eſt enim cum volumus præ oculis ſtatim formare nobis phantaſiam, per hanc enim poſſumus formare nobis montem aureum, & huiuſmodi, ac ſi eſſet ante oculos: ſicut cum homines volunt recordari, ſunt formantes ſibi idolum, & phantaſiam de rebus præteritis, ſicut volunt, ergo phantaſiari erit in poteſtate noſtra; Opinio autẽ non eſt in poteſtate noſtra, quam neceſſe eſt falſum, aut verũ dicere, ſi aliquid opinari debeamus. Aliam rationem adducit, dicens: Amplius autem cũ opinamur aliquid difficile aut terribile, ſtatim ſequitur paſſio, & timor in appetitu; Similiter autem eſt, & ſi opinamur aliquid confidendum, illico ſequitur ſpecies in appetitu: ſecundum phantaſiam autem ſimiliter nos habemus, ſicut ſi eſſemus cõſiderantes in pictura difficilia & cõfidentia: quoniam ad huiuſmodi phantaſmata non oportet, vt paſſio aut ſpes in appetitu ſequatur: inquit autem agere de hoc, ſpectare ad Ethicum, dicens: quod ſunt autem differentiæ ipſius acceptionis intellectus, ſcientia, & opinio, & prudentia, & contraria horum, de quorum differentia ſit altera ratio, id eſt, in Ethicis epilogat. Deinde dicit de eo quod eſt intelligere dictum eſt: quoniam alterum eſt ab eo quod eſt ſentire, & ſubdit, quod huius, id eſt, ſequens intellectum & ſenſum, aliud videtur eſſe phantaſia, vt ſequens ſenſum: aliud opinio, vt ſequens intellectum. Determinantes de phantaſia hoc modo, nunc dicendum eſt, & de altero, id eſt, de intellectu, in quo continuat ſe ad dicenda.

Tex. 7. Si igitur, vſque, Sed quoniam, accidit moto hoc.

SEparauit ſenſum ab intellectu: nunc ſeparat phantaſiam ab intellectu, enumerans prius quæ vidẽtur phantaſiæ, dicens: Si igitur phantaſia ſecundum quam aliquod phantaſma, id eſt, aliquam demonſtrationem, uel apparitionem, aliquod idolum dicimus nobis fieri, & ſi phantaſia, non dicimus quod ſit aliquid ſecundum metaphoram, vel ſi phantaſia metaphoricè non accipitur, ſed propriè, eſt vna quædam potentia, harum potentiarum, aut eſt unus habitus ſecundum quam potentiam, vel ſecundum quem habitum, diſcernimus aut verum, aut falſum; dicimus autem quod huiuſmodi ſunt ſenſus, opinio, ſcientia, & intellectus, neque ergo hæc quatuor eſſe phantaſiã crederet: ideo ſubdit ſenſum non eſſe, dicens: quod quidem phantaſia non ſit ſenſus manifeſtum eſt ex his, quoniam ſenſus aut eſt potentia, aut eſt actus: vt viſus vel virtus viſiua, nominat ſenſum in potẽtia, & viſio, vel actus vidẽdi nominat ſenſum ĩ actu, phantaſiatur autem nullo horũ exiſtente, vt apparet in phantaſia quę in ſonoris eſt, tamen ſi phãtaſia proprie accipitur, quod non eſt ſic, ſi metaphoricè, uel longo modo accipiatur. Aliam rationem adducit, dicens, qđ ſenſus quidem ſecundum potentiam ſemper adeſt viuentibus, & non priuatis illo ſenſu, quoniam quamdiu non priuatur homo ſenſu viſus, tamdiu ineſt ei potentia uiſiua, igitur viuentibus ſemper ineſt ſenſus in potentia, phantaſia autem non ineſt: & ſic

Digitized by Google

ſic non ſemper idem eſt ſenſus quod phantaſia. Tertiã deinde dat rationẽ, dicens: quod ſi potentia eſſet idem ei quod eſt in actu, ſiue eſſet idem quod ſenſus in actu, contingeret quidem omnibus brutis ineſſe phantaſiam, quoniã omnibus his animalibus contingit aliquãdo ineſſe ſenſum in actu: ſed videtur ſupple phantaſia non ineſſe omnibus brutis, vt formicę, aut api, aut vermi, quæ quidem animalia ſunt imperfecta. Quartam rationem deinde ponit, dicens, quod hi quidẽ ſenſus, circa proprium obiectũ ſemper ſunt veri, phantaſiæ autem vt plurimum, ſunt falſæ, ergo non eſt idem quod ſenſus. Vltimam deinde ponit rationem, dicens: Amplius, cum per ſenſum operemur, equidem circa aliquod ſenſibile, non dicimus, quoniã hoc ſenſibile videtur nobis homo, ſed magis hoc dicimus cum à remotis, vel in tenebris non manifeſtè ſentimus, tunc aut eſt verus aut falſus ſenſus, ſed cũ manifeſtè phantaſiamur, non dicimus ſic eſſe, ſed ſic apparere, vnde ſequitur: & ſicut quidem diximus, apparent & dormientibus viſiones, & phantaſiæ, & tunc patet, q̃d phantaſiantur: at ratio eſt manifeſtũ ſic eſſe, ſed ſic apparere. Deinde demonſtratur phantaſiam nõ eſſe ſcientiam, neque intellectum, dicens, at verò phantaſia, nec erit vna virtus, vel vnus habitus, de numero ſemper dicentium vera, vt, non erit ſcientia, nec intellectus, quia phantaſia poteſt eſſe falſa, & vera: ſed non eſt ſic de ſcientia & intellectu. Deinde oſtendit non eſſe opinionem, dicens: ſtantibus His quod non ſit aliquid horum quæ dicta ſunt, relinquitur videre, an ſit opinio, habet enim conuenientiã cum opinione: quoniã ſit opinio vera, vel falſa, ſicut & phantaſia: ſed opinioni quidem inheret fides, quoniam non contingit opinantem non credere ea de quibus videtur opinari; beſtiarum autem nulli ineſt fides, ſed multis bene ineſt phantaſia, ergo patet quod non ſit idem. Aliam rationem adducit, dicẽs: amplius, ſi omnem opinionem ſequitur fides, fidem autem ſequitur ſuaſum, ſuaſionẽ autem ſequitur ratio, beſtiarum autem quibuſdam phantaſia quidem ineſt, illud verò, id eſt, ratio, non ineſt alicui beſtiarum, ergo phantaſia non eſt opinio. Deinde oſtendit non eſſe idem aliquid compoſitum ex opinione, & ſenſu, dicens: manifeſtũ eſt propter ea quæ dicentur, phantaſiam, neque eſſe opinionem cum ſenſu, neque opinionem per ſenſum, neque copulationem opinionis cum ſenſu, ideo tribus modis poteſt intelligi quod phantaſia ſit cõpoſita ex opinione, & ſenſu; Primo quod ſit opinio cum ſenſu, id eſt, quod ſit opinio eſſentialiter, & habeat ſenſum annexum. Secundo quod ſit opinio per ſenſum, id eſt, q̃d ſit ſenſus eſſentialiter, & habeat opinionem annexam. Tertio modo poteſt intelligi quod ſit copulatio opinionis & ſenſus, id eſt, quod ſit vtrũque eſſentialiter: ſed neutrum iſtorum eſt poſſibile eſſe phantaſiam eſſentialiter, deinde probabiliori modo hoc idem oſtendit, dicens: & manifeſtum eſt quod phantaſia nõ eſt alia quædã opinio ab ea cuius eſt ſenſus: ſed illa quæ eſt quidẽ cuius eſt & ſenſus; dico autem quod ſi phantaſia eſt complexa ex opinione & ſenſu: & ſenſus erit opinione albi, & ex ſenſu albi: quam non eſt ex opinione quidem albi, ex ſenſu autem boni. Apparet ergo (& concludit) phantaſiam eſſe opinari id quod non ſentitur ſecundum accidens, propterea quod ſi aliqua opinio coniuncta cum ſenſu, facit phantaſiam, oportet eſſe de illo eodem de quo eſt ſenſus per ſe, & nõ ſecundum accidens; Deinde dicit phanta-

phantaſiam non poſſe eſſe quid compoſitum ex opinione & ſenſu, dicẽs; quod apparent aũt falſa ſecundũ ſenſum eadem de quibus habent ſimul veram opinionem, quoniam & videtur ſol ſecundum ſenſum eſſe vnius pedis, ſed creditur eſſe ſecundum opinionem maior habitatione, vel tota terra habitabili: Vnde ſi ex ſenſu & ex opinione componitur phantaſia, cum contingat ſenſum eſſe falſum & opinionem veram, ſi opinio vera, & ſenſus falſus debent conſtituere vnũ & idem, uel opinio vera mutabitur & fiet falſa, non mutata re nec mutato opinante, quod eſt impoſſibile; vel eadem opinio ſimul erit vera, & falſa, quod eſt quoque abſurdũ: ideo phantaſia nullo modo erit aliquid ſic compoſitum, vnde dicit: quod accidit, ergo aut obijcere ſuijpſius verã ſaluatam opinionem, quam habebat ſaluare, i. non facta mutatione in opinante, quod eſt impoſſibile: aut. ſ. adhuc habet eandem opinionem, neceſſe eſt illam opinionem ſimul eſſe veram & falſam, quod eſt abſurdũ, additq;, quod quomodo opinio falſifica tur, dicens, quod falſa facta eſt, cũ lateat res tranſmutata, & quoniã opinio vera non poteſt fieri falſa non facta mutatione in re opinata, nec in opinante, nec etiam eadem opinio poteſt eſſe ſimul vera & falſa: igitur phantaſia non eſt aliquid horũ. i. nõ eſt opinio, neque ſenſus, neque eſt ex his quid compoſitum.

Tex. 8. Sed quoniã, vſque. De parte, autem animæ qua cognoſcit.

NVnc vult inquirere quid ſit phãtaſia, cum non ſit aliquid horũ quæ dicta ſunt, primo ponens quandam deſcriptionem eius, dicens: ſed quoniam moto ſenſu, moueri phanſiam a ſenſu, ideo phantaſia videtur eſſe talis motus factus a ſenſu, & nõ habet fieri ſine ſenſu, ſed habet eſſe in his quæ ſentiunt, & eſt eorũ quorũ eſt ſenſus, & contingit motũ fieri ab actu ſenſus, & hunc motũ neceſſe eſt eſſe ſimiliter ſenſui, quoniã phantaſia non ſolum eſt motus factus a ſenſu, ſed eſt motus factus a ſenſu in actu, & eſt ſimilis illi motui: unde quia eſt ſic, phantaſia eſt motus, non contingens eſſe ſine ſenſu: nec contingit ineſſe non ſentientibus, habẽs autem phantaſiam contingit multa ſecũdum ipſam & agere & pati. Deinde oſtendit phantaſiam uerificari, & falſificari ſecundum ueritatem: & falſitatem factam in ſenſu in actu: & hoc primum ex parte ſenſibiliũ propriorum, dicens, quod contingit & eſſe ueram & falſam phãtaſiam, hoc uerò ꝓpter hoc accidit, eo quod ſenſus reſpectu propriorum ut plurimũ quidem eſt ſenſus uerus, aut rarò habens falſitatem, igitur quia plurimũ eſt uerus, quam raro falſus: ſic & phãtaſia reſpectu talium ſenſibilium, ut plurimum eſt uera, aliquando tamen eſt falſa, ex parte ergo ſenſibiliũ propriorum manifeſtum eſt eſſe uerã & falſam ſecundum ueritatem & falſitatem ſenſu factam; Dixi ſenſum eſſe aliquando falſum, puta, propter lõgitudinem ſpatij, puta, ſi quis uideat hominem procul, decipitur aliquando putans eſſe equum, & huiuſmodi uerificatur ac falſificatur phantaſia ſecundum ueritatem & falſitatem factam in ſenſu, ex parte quoque ſenſibilium per accedens, ideo ſubdit, dicens, quod ſecundo poteſt accidere falſitas in phantaſia, ſecundum falſitatem in ſenſu, & contingit iam mentiri hoc, id eſt, per phantaſiam, ſecundum quod mẽtitur ſenſus: quoniam quod quidem eſt album. i. circa ſenſibile proprium nõ mentitur ſenſus, niſi ut dictum eſt; ſi autem ſit album, hoc, ut filius Cleonis, aut ali⁹, ut Da-

rij filius mentitur ſenſus & phãtaſia. Deinde oſtendit mentiri circa phantaſiã ſicut circa ſenſum ex parte ſenſibilium communium, dicens: Tertio autem reſpectu communium & contingẽtium quibus cõmunibus inſunt accidentia propria; dico autem, ut mot⁹, & magnitudo, quia accidit ſenſibilibus corporibus, ſupple ſunt ea circa quæ maximè contingit decipi tam ſenſum in actu, quam etiã phantaſia; ergo & ex parte ſenſibiliũ communium verificatur, & falſificatur phantaſia ſecũdum ueritatem & falſitatem ſenſus in actu. Deinde demõſtrat phantaſiam differre à ſenſu in actu, dicens, quod motus factus ſecundum ſenſum ab actu, id eſt, phantaſia quæ eſt motus factus à ſenſu in actu, differt à ſenſu qui eſt ab his tribus ſenſibus, uel qui eſt ſecundũ hos tres modos ſentiendi, nam ſecũdum hos modos ſentiendi (uidelicet, tam ſecundum ſenſibilia propria, quã ſecũdum ſenſibilia communia, & quã ſecundum ſenſibilia per accidens) differt phantaſia à ſenſu, quoniam in omnibus his plus falſificatur phantaſia, quam ſenſus, unde ſubdit, qđ primus quidem ſenſus qui eſt reſpectu ſenſibilium propriorum præſentibus ſenſibilibus ſemper eſt uerus, alij autem ſenſus qui ſunt reſpectu ſenſibilium per accidens, & communium, tam reſpectu ſenſibilium præſentis, quam etiam & abſentis, erunt utique falſi: & maximè contingit talis falſitas, cum procul ſit ſenſibile, ut etiam dicimus ſupra. Deinde oſtendit phantaſiam eſſe motum factum à ſenſu in actu, dicẽs: ſiquidem ergo nihil aliud habent quę dicta ſunt niſi phantaſia, hoc erit quod dictũ eſt, uidelicet phãtaſiã uerificari, & falſificari ſecundũ ueritatem, & falſitatẽ factam in ſenſu in actu, & quia ſic eſt, phantaſia quidem erit motus factus à ſenſu ſecundum actum. Deinde declarat, qđ ſecundum phantaſiã animalia agunt & patiuntur, cũ ſubdit, dicens: quoniam autẽ uiſus eſt maximè ſenſus, id eſt, præcipuus ac ſpiritualis inter alios phantaſia nomen accepit à lumine, quoniam ſine lumine nõ contingit uidere, quia eſt, ut latens interior oculus, & ſenſus; Et quoniam imagines diu ſeruat, eſtq; ſicut perpetuus ſenſus; & pleraque animalia operantur ſecundum ipſos motus ſiue ſecundum phantaſiam, quoniam ſuperiorem non habent, puta intellectum ut beluæ: alia uerò operantur ſecundum tales motus, ſiue ſecundũ phantaſiam ut homines, & hoc propter uelamentum intellectus, quoniam aliquando paſſione, aut ægritudine, aut ſomno uelatur. Deinde epilogat, dicens: de phãtaſia & quomodo animalibus accidant, ſatis dictum ſit; Nota, quod cum uirtus eſt in actu ſuo, tunc operamur ſecundum ſuperiorem uirtutem, & non ſecundùm inferiorem, ideo cum homines non operantur ſecundum intellectum, id fit, eo quod habẽt ipſum occupatum aliqua paſſione, &c.

Tex. 9. De parte autem, uſq;, Vnde neque miſceri rationabile eſt.

NVnc incipit determinare ĩ particulari de ipſo intellectu, & aliqui incipiunt hic librum; ideo dicit, quod de parte animæ quæ cognoſcit, & ſapit, anima ſiue ſeparabili exiſtente, ſiue non ſeparabili, ſecundum magnitudinem, id eſt, loco & ſubiecto, ſed ſecundum rationem conſiderandum eſt de hac parte animæ intellectiua, quam differentiam habet ad ipſum ſenſum, & quomodo quidem ſit ipſum intelligere quod eſt actus eius. Deinde tradit cõuenientiam in quibus conuenit cum intellectu, quæ prima conuenientia eſt huiuſmodi, ſcili-

cet: ſicut ſentire non eſt propriè pati, ſed aliquid ſimile paſſioni, & ſicut ſenſus non eſt actu ſpecies ſenſibilis, ſed eſt in potentia ad eas, & eſt earum ſuſceptiuus, ſic & intellectus ſe habet reſpectu intelligibilium, vnde dicit: ſi ergo eſt intelligere ſicut ſentire, aut ipſum intelligere erit utique aliquid pati ab ipſo intelligibili, aut eſt quid impaſſibile, & eſt alterũ aliquid huiuſmodi ſimile paſſionis, q̃m uult philoſophus per hoc ꝙ ſicut ſentire nõ eſt ꝓpriè pati, ſed eſt huius aliquid, ſimile paſſionis, quod ſic ſe habeat intelligere: & quoniam ſic eſt quodammodo ſimile de his, ideo oportet ipſum intellectum eſſe ſuſceptiuum ſpeciei intelligibilis, & quod eſt potentia huiuſmodi ſpeciei: ſed non eſt hoc actu, quod quaſi dicat, quantum eſt de ſe, non eſt talis ſpecies: niſi eam recipiat aliunde, & quoniam eſt ita, ideo ſicut ſe habet ſenſus ad ſenſibile, ſic & intellectus ad intelligibile. Aliã deinde ponit cõuenientiã, dicens: q̃m ſicut ſenſum oportet eſſe denudatũ à ſpecieb. ſenſibilib. vt illas cognoſcat, ſic intellectum oportet eſſe immixtum, ac immaterialem, denudatum ab omnibus formis materialibus; vnde dicit: quoniã intellectus poteſt intelligere omnes formas materiales; neceſſe itaq; ipſum eſſe immixtum, ac immaterialem, ſicut Anaxagoras fatus eſt: ſed ipſe poſuit ipſum immaterialem, vt imperet materialibus, ideo eſt immaterialis, vt cognoſcat materialia: q̃m ſi eſſet forma materialis exiſtẽs in ipſo, apparere enim prohibebit extraneas formas, & obiectum extraneũ: quare neq; ipſius intellectus eſt, vel contingit eſſe naturam materialẽ, neque eius eſt eſſe vnam naturam aliquam corporalem determinatã; ſed uocatus eſt vtiq; animæ intellectus, quod eſt poſſibilis ad omnes tales formas recipere: dico autem intellectũ quo anima opinatur, & intelligit q intellectus ante intelligere nihil eſt actu eorum quæ ſunt intelligibilia ab ipſo.

Tex. 10. Bene, vſque, Dubitabit autem aliquis, &c.

DEclarat primum intellectũ non eſſe virtutem organicã, ideo dicendum eſt, quoniam diximus intellectum eſſe uirtutem immaterialem, nec rationabile eſt ipſum miſceri corpori, i. ipſũ fundari in organo & eſse uirtutem organicam, quoniam hoc poſito, fiet utique aliqualiter qualis, oporteret .n. ipſum habere aliquam qualitatem corporalẽ, quia eſſet aut calidus, aut frigidus, ſi aliquod organum eſſet intellectui, ſicut eſt aliqđ organum ſenſui, nunc autem nullũ organum eſt intellectui. Deinde oſtẽdit ipſum intellectũ fundari in eſſentia animæ, ſicut in ſubiecto, dicens: quod rectè iam dicentes ſunt antiqui, animam eſſe locum ſpecierum, niſi quod non tota, ſed intellectiua: anima namque ſenſitiua, quatenus huiuſmodi, non eſt locus ſpecierũ, quoniam potentia ſenſitiua, vt in ſubiecto non fundat̃ in eſſentia animæ, ſed quia intellectus in ipſa eſſentia animæ fundatur, ideo anima quãtum ad partem intellectiuam, eſt locus ſpecierum, huiuſmodi autem ſpecies intelligibiles, quarum dicitur eſſe locus anima, non eſt locus earum in actu, ſed in potentia, quoniam quãtum eſt de ſe, non habet illas ſpecies innatas, nec habet eas actu, ſed potentia. Deinde differentiã inter intellectum, & ſenſum quantum ad obiectum aſſignat, eo quod excellens intelligibile non corrumpit intellectũ, vt eſt de ſenſu, dicens: quoniam autem nõ ſimilis ſit poſſibilitas ſenſitiui & intellectiu, ſiue ſenſus & ĩtellectus, patet

ex organis, & ex ſenſu, nam ſolum organum ſenſus patitur ab excellenti ſenſibili, ſed etiam ipſe ſenſus corrumpitur propter ſenſibile excellens, quod intellectui non conuenit, ſenſus enim non poteſt ſentire ex valde ſenſibili, vt ſenſus auditus ex magnis ſonis, neque etiam ex fortibus odoribus, & coloribus poteſt odorare, & videre, ſed intellectus cum intelligatur aliquid valde intelligibile, nõ corrumpitur, & non minoratur in ſuo actu, immò vigorem ſuſcipit: nam intellectus intelligens excellens intelligibile, non minus intelligit intelligibilia infima, ſed magis. Cauſa autem quare hæc eſt differentia inter intellectum, & ſenſum, ſcilicet quod excellẽs ſenſibile corrumpit ſenſum, & excellens intelligibile non corrũpit intellectum: quoniam ſenſitiuum ſine corpore vel ſine organo non eſt, ſed intellectus eſt ab organo ſeparatus, & quia intellectus non eſt virtus organica, ſed ſenſus, ideo excellens intelligibile non corrumpit intellectum, ſed ſenſibile excellens corrumpit ſenſum. Deinde quomodo ex ſpeciebus intelligibilibus generatur habitus oſtendit, quod non accidit ex ſpeciebus ſenſibilibus, dicens: Cũ autem ſic intellectus fiat ſingula, id eſt, poſtquam receperit ſpeciem ſingulorum, dicitur intellectus, ut ſciens, qm̃ aggenerabitur in eo habitus ſcientię, qui intellectus, vt habens habitum, dicitur ſecundum actum eſſe: hoc verò contigit, cum ſine vlla mora poſſit per ſeipſum operari; Notatione hic dignum eſt, duplicem eſſe actum, ſ. primum & ſecundum: actus primus, poteſt dici ipſe habitus, vt ipſa ſcientia: actus ſecundus dicitur ipſum agere, vt ipſum conſiderare. Intellectus ergo cum fiat ſingula, vel poſtquam ſpecies ſingulorum ad aliquod genus ſcientiæ pertinentium ſuſceperit, dicitur eſſe ſecundum actum, quoniã iam acquiſiuit habitum ſcientiæ, & eſt in actu primo; vel dicitur eſſe ſecundum actum, quia actu iam eſt informatus ſpeciebus, vnde patet differentia inter intellectum, & ſenſum, ſ. quia ex ſpecieb. intelligibilibus aggeneratur habitus, & per huiuſmodi ſpecies cõſtituitur intellectus in actu, qui eſt habitus, & dicitur ſciens, ſed per ſpecies ſenſibiles in huiuſmodi habitu non cõſtituitur ſenſus, & hęc econtra. Deinde oſtendit quomodo intellectus eſt in potentia poſtquam habitum habuit, & quomodo poteſt ſeipſum cognoſcere, dicens: eſt ergo & tunc ſupple poſtquam habuit habitum, potentia quodammodo, non tamen ſimiliter & ante addiſcere aut inuenire, quoniam non eſt intellectus ſimiliter in potentia antequam habeat habitum, & poſtquã habuit, vnde ſubdit, qđ ipſe intellectus poſtquam intellexerit alia, poteſt intelligere & ſeipſum: nam intellectus intelligit ſe, intelligendo alia, quod nõ eſt propriè ſenſus, ſe ſentiendo, alia ſentire. Et hę quinq; ſunt differentię, ſ. Primo, quod intellectus non ſit virtus organica, vt ſenſus; Secũdo, quod fundatur in eſſentia animæ ſicut in ſubiecto; Tertio quod nõ corrumpitur ab excellẽti obiecto; Quarto, q̃o in intellectu aggeneratur habitus; Quinto q̃o intellect⁹ ſeipſum ĩtelligit & cognoſcit. Deinde de obiecto intellectus agit. Primum proponens, dicit: aliud autem eſt magnitudo & magnitudinis eſſe: & aqua, & aquam eſſe, & ſic in multis alijs: quia in omnibus habentibus ſpeciem in materia differt res, & rei eſſe, vel differt res, & ſua quidditas, licet hoc ſit aliter & aliter: quia mathematica circũcernunt materiam intelligibilẽ, naturalia uerò ſenſibilẽ. Sed hoc nõ eſt in omnibus, propterea quod in

I 2 qui-

cet: ſicut ſentire non eſt propriè pati, ſed aliquid ſimile paſſioni, & ſicut ſenſus non eſt actu ſpecies ſenſibilis, ſed eſt in potentia ad eas, & eſt earum ſuſceptiuus, ſic & intellectus ſe habet reſpectu intelligibilium, vnde dicit: ſi ergo eſt intelligere ſicut ſentire, aut ipſum intelligere erit utique aliquid pati ab ipſo intelligibili, aut eſt quid impaſſibile, & eſt alterũ aliquid huiuſmodi ſimile paſſionis, qm̃ uult philoſophus per hoc ꝙ ſicut ſentire nõ eſt ꝓpriè pati, ſed eſt huius aliquid, ſimile paſſionis, quod ſic ſe habeat intelligere: & quoniam ſic eſt quodammodo ſimile de his, ideo oportet ipſum intellectum eſſe ſuſceptiuum ſpeciei intelligibilis, & quod eſt potentia huiuſmodi ſpeciei: ſed non eſt hoc actu, quod quaſi dicat, quantum eſt de ſe, non eſt talis ſpecies: niſi eam recipiat aliunde, & quoniam eſt ita, ideo ſicut ſe habet ſenſus ad ſenſibile, ſic & intellectus ad intelligibile. Aliã deinde ponit cõuenientiã, dicens: qm̃ ſicut ſenſum oportet eſſe denudatũ à ſpecieb. ſenſibilib. vt illas cognoſcat, ſic intellectum oportet eſſe immixtum, ac immaterialem, denudatum ab omnibus formis materialibus; vnde dicit: quoniã intellectus poteſt intelligere omnes formas materiales, neceſſe itaq; ipſum eſſe immixtum, ac immaterialem, ſicut Anaxagoras fatus eſt: ſed ipſe poſuit ipſum immaterialem, vt imperet materialibus, ideo eſt immaterialis, vt cognoſcat materialia: qm̃ ſi eſſet forma materialis exiſtẽs in ipſo, apparere enim prohibebit extraneas formas, & obiectum extraneũ: quare neq; ipſius intellectus eſt, vel contingit eſſe naturam materialẽ, neque eius eſt eſſe vnam naturam aliquam corporalem determinatã; ſed uocatus eſt vtiq; animæ intellectus, quod eſt poſſibilis ad omnes tales formas recipere: dico autem intellectũ quo anima opinatur, & intelligit q. intellectus ante intelligere nihil eſt actu eorum quæ ſunt intelligibilia ab ipſo.

Tex. 10. Bene, vſque, Dubitabit autem aliquis, &c.

DEclarat primum intellectũ non eſſe virtutem organicã, ideo dicendum eſt, quoniam diximus intellectum eſſe uirtutem immaterialem, nec rationabile eſt ipſum miſceri corpori, i. ipsũ fundari in organo & eſſe uirtutem organicam, quoniam hoc poſito, fiet utique aliqualiter qualis, oporteret .n. ipſum habere aliquam qualitatem corporalẽ, quia eſſet aut calidus, aut frigidus, ſi aliquod organum eſſet intellectui, ſicut eſt aliqđ organum ſenſui, nunc autem nullũ organum eſt intellectui. Deinde oſtẽdit ipſum intellectũ fundari in eſſentia animæ, ſicut in ſubiecto, dicens: quod rectè iam dicentes ſunt antiqui, animam eſſe locum ſpecierum, niſi quod non tota, ſed intellectiua: anima namque ſenſitiua, quatenus huiuſmodi, non eſt locus ſpecierũ, quoniam potentia ſenſitiua, vt in ſubiecto non fundat in eſſentia animæ, ſed quia intellectus in ipſa eſſentia animæ fundatur, ideo anima quãtum ad partem intellectiuam, eſt locus ſpecierum, huiuſmodi autem ſpecies intelligibiles, quarum dicitur eſſe locus anima, non eſt locus earum in actu, ſed in potentia, quoniam quãtum eſt de ſe, non habet illas ſpecies innatas, nec habet eas actu, ſed potentia. Deinde differentiã inter intellectum, & ſenſum quantum ad obiectum aſſignat, eo quod excellens intelligibile non corrumpit intellectũ, vt eſt de ſenſu, dicens: quoniam autem nõ ſimilis ſit poſſibilitas ſenſitiui & intellectiu, ſiue ſenſus & ĩtellectus, patet

ex

x organis, & ex ſenſu, nam ſolum organum ſenſus patitur ab excellenti ſenſibili, ſed etiam ipſe ſenſus corrumpitur propter ſenſibile excellens, quod intellectui non conuenit, ſenſus enim non poteſt ſentire ex valde ſenſibili, vt ſenſus auditus ex magnis ſonis, neque etiam ex fortibus odoribus, & coloribus poteſt odorare, & videre, ſed intellectus cum intelligat aliquid valde intelligibile, nō corrumpitur, & non minoratur in ſuo actu, immò vigorem ſuſcipit: nam intellectus intelligens excellens intelligibile, non minus intelligit intelligibilia infima, ſed magis. Cauſa autem quare hæc eſt differentia inter intellectum, & ſenſum, ſcilicet quod excellēs ſenſibile corrumpit ſenſum, & excellēns intelligibile non corrūpit intellectum: quoniam ſenſitiuum ſine corpore vel ſine organo non eſt, ſed intellectus eſt ab organo ſeparatus, & quia intellectus non eſt virtus organica, ſed ſenſus, ideo excellens intelligibile non corrumpit intellectum, ſed ſenſibile excellens corrumpit ſenſum. Deinde quomodo ex ſpeciebus intelligibilibus generatur habitus oſtendit, quod non accidit ex ſpeciebus ſenſibilibus, dicens: Cū autem ſic intellectus fiat ſingula, id eſt, poſtquam receperit ſpeciem ſingulorum, dicitur intellectus, ut ſciens, qm̄ aggenerabitur in eo habitus ſcientię, qui intellectus, vt habens habitum, dicitur ſecundum actum eſſe: hoc verò contigit, cum ſine vlla mora poſſit per ſeipſum operari; Notatione hic dignum eſt, duplicem eſſe actum, ſ. primum & ſecundum: actus primus, poteſt dici ipſe habitus, vt ipſa ſcientia: actus ſecundus dicitur ipſum agere, vt ipſum conſiderare. Intellectus ergo cum fiat ſingula, vel poſtquam ſpecies ſingulorum ad aliquod genus ſcientiæ pertinentium ſuſceperit, dicitur eſſe ſecundum actum, quoniā iam acquiſiuit habitum ſcientiæ, & eſt in actu primo; vel dicitur eſſe ſecundum actum, quia actu iam eſt informatus ſpeciebus, vnde patet differentia inter intellectum, & ſenſum. ſ. quia ex ſpecieb. intelligibilibus aggeneratur habitus, & per huiuſmodi ſpecies cōſtituitur intellectus in actu, qui eſt habitus, & dicitur ſciens, ſed per ſpecies ſenſibiles in huiuſmodi habitu non cōſtituitur ſenſus, & hęc econtra. Deinde oſtendit quomodo intellectus eſt in potentia poſtquam habitum habuit, & quomodo poteſt ſeipſum cognoſcere, dicens: eſt ergo & tunc ſupple poſtquam habuit habitum, potentia quodammodo, non tamen ſimiliter & ante addiſcere aut inuenire, quoniam non eſt intellectus ſimiliter in potentia antequam habeat habitum, & poſtquā habuit, vnde ſubdit, qđ ipſe intellectus poſtquam intellexerit alia, poteſt intelligere & ſeipſum: nam intellectus intelligit ſe, intelligendo alia, quod nō eſt propriè ſenſus, ſe ſentiendo, alia ſentire. Et hę quinq; ſunt differentię, ſ. Primo, quod intellectus non ſit virtus organica, vt ſenſus; Secūdo, quod fundatur in eſſentia animæ ſicut in ſubiecto; Tertio quod nō corrumpitur ab excellēti obiecto; Quarto, qūo in intellectu aggeneratur habitus; Quinto qūo intellect⁹ ſeipſum ītelligit & cognoſcit. Deinde de obiecto intellectus agit. Primum proponens, dicit: aliud autem eſt magnitudo & magnitudinis eſſe: & aqua, & aquam eſſe, & ſic in multis alijs: quia in omnibus habentibus ſpeciem in materia differt res, & rei eſſe, vel differt res, & ſua quidditas, licet hoc ſit aliter & aliter: quia mathematica circūcernunt materiam intelligibilē, naturalia uerò ſenſibilē. Sed hoc nō eſt in omnibus, propterea quod in

quibuſdam eſt idem cum ſua quidditate; quoniam ergo ſic eſt qđ in multis differt res & ſua quidditas, in his in quibus differt: aut ergo alia virtute, aut eadem virtute aliter ſe habente anima, rem, & quidditatem eius diſcernit; Hoc declarat, tam in rebus naturalibus, quam in mathematicis, dicens: caro.n.non eſt ſine materia, ſed eſt ſicut ſimum, & eſt ſicut hoc in hoc, i. ſicut forma determinata in materia determinata ſenſibili; caro autem hic ponitur pro uiuo, ut habet eſſe in compoſitis, ſupra autem vt habet eſſe in ſimplicibus, quod ſic eſt, quod caro requirat materiam ſenſibilem determinatam, patet, quia anima per ſenſum iudicat calidū & frigidum: quorum caro eſt quædam ratio, vel quædam proportio: & quia caro eſt quędam proportio in materia ſenſibili, & circūcernit materiā ſenſibilē, alia, aut ſeparata virtute, ideo anima cognoſcit carnem, & carnis eſſe; aut ſi eadem virtute cognoſcit vtrumque, illa virtus ſeu illa potentia intellectiua, ſicut ſe habet vt conuertit ſe ad ſeipſam, & vt conuertit ſe ad phantaſma, ſupple cognoſcit carnem uel indiuiduum: ſed cum extēſa ſit, cognoſcit eſſe carnis, & quidditatem carnis. Deinde oſtendit, quod etiam in mathematicis, vel alia virtute, vel eadem virtute aliter ſe habente, cognoſcimus rem, & rei eſſe, cum dicit: Iterum autem in his quæ ſunt in abſtractione, rectum eſt ſicut ſimum, cum continuo enim ſupple eſt rectum: ſicut ergo ſinum determinat ſibi materiam ſenſibilem, vt naſum: ſic rectum eſt quantum ad hoc ſicut ſimum, quoniam rectum determinat ſibi aliquam materiam vt continuū; quod autem quidquid erat eſſe ipſius recti, quia eſt alterum, ideo recto eſſe, & rectum, aliter cognoſcimus: quo niam, ſi dualitas eſt quidditas ipſius recti, altera virtute, aut eadē virtute aliter ſe habente, iudicat ipſa anima rectum, & dualitatem, ſiue rectum, & recto eſſe. Deinde naturalia ad mathematica comparat dicens: omnino ſicut res ſunt ſeparabiles a materia, ſic ſe habent & quæ ſunt circa intellectum: quoniā, ſicut res materiam circūcernunt, ſic ſunt conſideratæ ab ītellectu; naturalia ergo quæ per ſe & directè circūcernunt materiam ſenſibilem, conſideratur ab intellectu cum materia ſenſibili: ſed mathematica quę per ſe, & ſecundū quod huiuſmodi, non circūcernunt materiam ſenſibilem, ſed materiam quantam, vel materiam intelligibilē, vel imaginabilem, ab intellectu conſideratur, non cum materia ſenſibili, ſed cum imaginabili, vel intelligibili.

Text. 11. Dubitauit, vſque, Quoniam autem ſicut.

MOuet in pręſenti quaſdā quæſtiones circa prætacta; dicēs: dubitabit aliquis, ſi intellectus eſt qđ ſimplex & impaſſibile, & nulli nihil habet commune, quoniam eſt immixtus ac ſeparatus, ſicut dixit Anaxagoras; his conditionibus ſic ſtātibus, quomodo intellectus intelligit ſe intelligere, eſt pati aliquid: nam in quātum eſt aliquid commune vtriſque, ſ. agenti & patienti, uidetur hoc quidē agere, illud uerò pati, quaſi dicat; ſi agens & patiēs habent aliquid commune, quoniam hæc duo oportet cōmunicare in materia intellectus qui nihil habet commune cum alijs, eo quod eſt quid immateriale, non poterit pati, & per conſequens non poterit intelligere, cum hoc ſit quoddam pati, & hæc eſt prima quæſtio, quæ quærit, quomodo intellectus intelligat, & quomodo ſit quid intelligēs. Secunda verò quærit, quomodo intellectus intelligatur, & quomodo ſit

it quid intelligibile, dicens: amplius utem, ſi intelligibilis eſt ipſe intelle:ctus, aut enim alijs inerit intellectus, i. aut alia intelligibilia intellient, ſi ipſe intellectus non eſt intelgibilis ſecundum aliud, ſed per ſe in :lligibile, aut ab intellectu eſt aliqd num. i. vno modo; vel eſt vnum ſpeie, ſiue vniforme, ergo ſi intelligibia ab intellectu ſunt intelligibilia ſe undum vnum modum, & ſecūdum nam formam, quoniam eodem moo intelligit ſe, & alia; ſi ipſe intelliibilis eſt per ſe, & alia erunt intelgibilia per ſe: ſed quicquid eſt per : intelligibile, intelligit igitur alijs ıtelligibilibus inerit intellectus, & lia intelligibilia intelligent; ſi autē ıtellectus habeat aliquid annexum er qđ intelligatur, habebit aliquid uod facit ipſum intelligibile, ero erit intelligibilis ſicut alia matealia, & ſic non intelliget, ſicut nec lia materialia intelligunt. Hic notaone dignum eſt, triplicem eſſe intel ·ctum, ſ. Diuinum, Intelligentiarū, : Humanum. Diuinus eſt actus pu ıs, cui non eſt admixta potentia) & mnia uno modo cognoſcit, intelle:us uerò noſter eſt potentia pura, ıi in tali genere ſecundum ſe non ompetit aliquis actus purus: ſed inllectus Intelligentiarum tenet me um inter iſta. Soluit deinde primā uæſtionem, dicens: aut pati ſecūdū uod diuiſum, eſt aliquid commune :l eſt aliquid uniuerſale ad paſſio:m proprie, & ad paſſionem, quæ l ſalus & receptio, ergo intellectus, ō patitur propriè cū in materia nō ommunicet, ſicut cōicat in materia ıturalia cùm ſuis actiuis: Sed paſſio :m patitur quæ eſt ſalus ac receptio, ıatenus informatur ſpeciebus intel ;ibilium, ad quas ſpecies eſt in potē ı; vnde ſubdit: quoniam autem intel ctus eſt quodammodo potentia intelligibilia, ſed actu nihil eſt eorum antequam intelligat, hoc igitur modo intelligere eſt quoddam pati, & intellectus patitur non propriè, ſed quatenus recipit ſpecies intelligibilium ad quas eſt in potentia; oportet autem id quod accidit, in intellectu, antequam intelligat, eſſe; ſicut accidit illud in tabula in qua actu nihil eſt ſcriptum; nam ſic eſt noſter intellectus antequam intelligat, & qđ percipit tunc, nihil abijcitur. Deinde ſecundam ſoluit quæſtionem dicens: quod & ipſe intellectus intelligibilis eſt ſicut intelligibilia alia, & tamen intelligit licet alia non intelligant; Ratio autem eſt: quia in his, quæ ſunt ſine materia idē eſt intellectus, & quod intelligatur. Scientia autem ſpeculatiua & ſic ſcibile hoc modo ſpeculatiuè eſt idem cum ſcientia, quia dixit intellectum noſtrum intelligere, eo quod cōtingit eſſe idem cum intellectu in actu, & contingit ipſum habere ſibi coniunctum intellectum in actu, & ſpeciem intelligibilem, hic aſſignat cauſam, cur non quicquid intelligitur intelligit, vtputa obiecta materialia non intelligunt, quoniam ſunt intelligibilia in potentia; Vnde dicit, quod conſideranda eſt cauſa quare non ſemper intelligibile intelligit, vt quare obiectū materiale non intelligit; quia (vt ſubdit) in habentibus materiam vnumquodque eſt de numero intelligibiliū in potentia: quare quidem illis rebus materialibus non inerit intellectus; nec potuerunt intelligere, quia intellectus eſt potentia talium, ideſt virtus de numero talium virtutum, quæ eſt ſine materia, quare huiuſmodi nō poterit ineſſe rebus materialibus, nec materialia poterūt intelligere; Vnde ſubdit, quod illud ſupple obiectū materiale poterit intelligi, ſed non poterit intelligere, propterea quod nec poteſt habere in ſe potentiam intellectiuam,

uam, quæ quidem potentia eſt illa, q̃ eſt ſine materia: nec habet in ſe intellectum in actu, nec ſpeciem intelligibilem, quoniã huiuſmodi intellectus, & huiuſmodi ſpecies intelligilis, ab obiecto materiali eſt ſeparata; ſicut ergo aliquid dicitur frigidum, propter frigiditatem, quæ eſt in alio, (niſi haberet frigiditatem in actu) quoniam nunquam ſic frigidaretur; ſic intellectus poſſibilis fit intelligibilis, & intelligitur per ſpeciem intelligibilem, & per intellectum in actu, qui eſt in ipſo.

Text. 12. Quoniam, vsque, Indiuiſibiliũ quidem igitur.

EGit de intellectu poſſibili; nunc de alijs acceptionibus intellect⁹ agit, dicens: quoniam autem ſicut in omni natura vnicuique generi, vel ſecundùm vnumquodq; genus eſt hoc aliquid, hoc quidem materia, & hæc materia eſt potentia omnia illa quæ ſunt illius generis: alterum autem eſt cauſa agens & factiuum, quod ſe habet in faciendo omnia illius generis, vt ars ad materiam ſuſtinuit; nã hoc non ſolùm eſt in omni re naturali, qđ ſecundùm vnumquodque genus rerum naturalium, ſcilicet, quod ſi ibi eſt dare vnum aliquid quod ſit omnia fieri, quod etiam ſit ibi dare alterum aliquid qđ ſit omnia facere; ſed hoc eſt etiam in artificialibus, ſic & neceſſe eſt eſſe in anima has differentias, ſcilicet, quod ſit ibi vnus intellectus, qui ſit omnia fieri, vt poſſibilis, & ali⁹ omnia facere, vt intellectus agens; intellectus autem, qui eſt omnia facere, vt agens, eſt ſicut quidam habitus, & per hoc nomen habitus intelligitur omnis perfectio; quia intellectus agẽs eſt ſicut quædam perfectio, & quædã virtus animæ, vel ſicut lumen; nam quodammodo ſicut lumen colores exiſtentes potentia viſibiles, facit colores actu viſibiles, ſic intellectus agẽs intelligibilia potentia, facit actu intelligibilia. Deinde proprietates & conditiones intellectus agentis oſtendit, quæ quidem ſunt quatuor; Prima eſt, quod intellectus agẽs eſt ſeparabilis, quia eſt virtus non organica nec materialis: Secunda, quod eſt impaſſibilis; Tertia, quia eſt immixtus ideſt nõ compoſitus ex rebus corporalib⁹, vel ex elementis, vt antiqui poſuerunt; Quarta eſt, quod ſit ſubſtantia actu ens: cauſa autem horum proprietatũ eſt, quoniam intellectus agens honorabilior ac præſtantior intellectu poſſibili eſt, ſemper namque agens eſt patiente honorabilius, & principium ipſa materia. Deinde de intellectu in actu agit, ponenſque tres cõditiones, dicit, quod ſcientia ideſt intellectus, ſecundùm actum eſt idem rei ſcitæ, & eſt prima conditio, ſcilicet intellectũ in actu eſſe per compoſitionem ad obiectum, quia eſt idem cùm re ſcita. Deinde ſubdit ſcientia verò ſiue intellectus ſecundùm potentiam tempore, prior eſt in vno & eodem, quam ſciẽtia ſecundùm actum: omnino autem neque tempore eſt prior, hæc namq; ſecunda conditio ſcientiæ in actu & intellectus in actu, ſumitur per compoſitionem ad ſcientiam in potentia, & ad intellectum in potentia: nam tempore in vno & eodem prius eſt intellectus in potentia, quam intellect⁹ in actu; & prius eſt tempore, in vno & eodem, ſcientia in potentia quàm ſcientia in actu, tamẽ ſimpliciter ſciẽtia in actu, etiam tempore præcedit ſcientiam in potentia. Deinde ſubdit tertiam conditionem, quæ ſumitur per comparationem ad habitum, q̃a ſemper habentes habitum non ſemper intelligunt, dicens, quod intellectus huiuſmodi in actu non aliquando intelligit, & aliquando non, ſed ſemper intelligit. Deinde ſubdit conditio-

ditiones, quæ poſſunt ad partem intellectiuam accommodari, & ſunt quatuor conditiones, quarum prima eſt, quod ſeparatus ſolus eſt, hoc eſt, ſola pars intellectiua eſt tota ſeparata; ſecunda conditio eſt, ſola pars intellectiua tota eſt illud quod eſt vere eſſe; tertia conditio eſt, quod ſola pars intellectiua eſt illud quod eſt quid immortale & perpetuum; quarta conditio eſt, quod tota pars intellectiua eſt illud quod nõ reminiſcitur, quia hoc quidem eſt quid impaſſibile. Deinde de intellectu paſſiuo agit, ideſt de imaginatione vel phantaſia, dicens quod paſſiuus intellectus ideſt imaginatio vel phantaſia, eſt corruptibilis, quia eſt virtus organica, illa autem phantaſia licet ſit corruptibilis, tamen ſine phantaſia intellectus nihil intelligit, noſtrum namque intelligere etſi non ſit phantaſia, non tamen eſt ſine illa.

Tex. 13. Indiuiſibilium, quod autem non ſecundum quantitatem.

EGerat de intellectu poſſibili per comparationem ad obiectũ: nũc de eodem agit per comparationem ad actum, primo diſtinguens duplicẽ actionem intellectus, dicens: quod in diuiſibilium quidem igitur intelligentia ideſt actio illa intellectus, quæ dicitur intelligentia indiuiſibilium, eſt in his, circa quæ non eſt falſum; nam circa intellectum ſimplicium non conuenit eſſe falſitas, in quibus autem falſum, iam & uerum eſt, eſt quædam cõpoſitio intellectuum, quoniam ueritas, & falſitas non habent eſſe niſi circa intellectum componentem. Deinde de intelligentia compoſitorũ agit, nempe prout intellectus componit adinuicem ipſas res, dicens, quod ſic eſt actio componentis, ſicut eſt compoſitio entium, quemadmodum dixit Empedocles: ſic ergo ipſe dixit componentia in re extra, ſic habet fieri cõpoſitio conceptuum apud intellectũ, dixit enim Empedocles: quod uerè quidem capita multorum animaliũ ſunt ſine collo, natura enim à principio ſecundùm ipſum terminauit partes animalis ſeparatas, ut generauit capita ſine collo, poſtea per concordiam ſunt compoſita inter ſe, ſcilicet capita cum collo; ſic & hæc quæ ſunt apud intellectum, primo ſunt ſeparata, & poſtea ſunt compoſita, ut aſſimetrum de diametro; quoniam intellectus cùm aſſimetro, ideſt incommenſurabili, aliquando diametrum componit: & tunc eſt compoſitio bona; eo quod diameter eſt coſtæ incommenſurabilis; Aliquando componit diametrum ſimetro ideſt cùm commenſurabili, & tunc mala eſt compoſitio, ſicut eſt entium compoſitio. Deinde agit de compoſitione rerum cùm tempore, & primo quod ſpectat ad intellectum componentem, dicens, quod ſi intellectus intelligit aliquid factorum & futurorum, ideſt intelligit aliquid futurum aut præteritum, eſt intelligens cùm tempore, & eſt cùm rebus tempus componens. Deinde probat quod cointelligere tempus cùm rebus, & compoſitio temporis cum rebus, ad intellectum componentem ſpectat; intendens huiuſmodi ratione, falſum habet eſſe, niſi in eo quod ſpectat ad intellectum componentẽ, quia in intellectu ſimplicium non eſt falſitas; ſed cointelligendo tempus cũ rebus, & componendo tempus cùm rebus, accidit ibi falſitas, ergo ſpectat ad intellectum componentem, vnde dicit quod falſum ſemper eſt in compoſitione, ideſt, ſemper ſpectat ad intellectum componentem, & namque ſi album non albo, aut ſi non album albo componat, & hoc ſecundùm tpſ præteritum, vel futurũ, ſiue cùm hoc fiat, accidit ibi falſitas, quoniam contingit

tingit omnia hoc dicere ſecundùm diuiſionem, omnia hęc ſunt diuiſa in re extra, quoniam album eſt à non albo diuiſum, & non album ab albo; Vnde ſi hæc quæ ſunt diuiſa in re, intellectus ſecundùm tempus futurum, vel præteritum componat, vt quod dicat, quod non album manens non album, fuit, aut erit albũ, accidit ibi falſitas, ergo ſic componere temp⁹ cùm rebus non pertinet ad intellectũ ſimplicium, in quo non eſt falſitas: ſed ad intellectum componentem: Aliam rationem concludens hoc adducit, dicens; ſi ergo non ſolùm eſt uerum aut falſum quod albus eſt Cleoni ideſt in propoſitione de præſenti, ſed erat ueritas & falſitas, quod erat albus Cleõ quantum ad propoſitionem de præterito; aut quod erit albus quantum ad propoſitionem de futuro, ideo intellectus eſt faciens hoc vnumquodque quoniam hanc veritatem & hanc falſitatem & compoſitionem facit intellectus, quia verum & falſum ſunt in anima, bonum verò & malum ſunt in rebus, dicens ipſe: quoniam ergo egit de actione intellectus, quæ dicitur intellectus compoſitorum, vel quę dicitur fides, ideo determinat de actione intellectus, qui dicitur intellectus ſimplicium; vel quæ dicitur intelligẽtia indiuiſibilium, primo ergo oſtendit quomodo indiuiſibile ſecundùm actum, ideſt quomodo continuum intelligatur ſecundùm ſe, dicens quoniam autem dupliciter dicitur indiuiſibile, potentia, aut actu, nihil prohibet intellectum intelligere indiuiſibile, cùm intelligat longitudinem, eo quod longitudo ipſa eſt indiuiſibilis actualiter, intelligendo ergo longitudinem, intelligit aliquid indiuiſibile, & in tempore indiuiſibili, ſupple intelligit eam, vnde ſubdit, quod indiuiſibile longitudini eſt ſimiliter & tempus, vel quod eſt diuiſibile ſimiliter lõgitudinis, &c. tempus enim eſt ſimiliter indiuiſibile longitudini, namque ſicut longitudo, quia continua eſt indiuiſibilis actu, diuiſibilis autem potẽtia: ſic & tempus, cùm ſit quid continuum, eſt indiuiſibile actu, diuiſibile uerò potentia. Deinde declarat quomodo indiuiſibile intelligatur continuũ, vt conſideratur diuiſum per partes, dicens: non eſt igitur dicere, quod intelligere totum ſit intelligere aliqd in medio temporis, nõ enim eſſet hoc niſi diuidatur; nam quamdiu intelligitur linea, vt vtrumque, ideſt vt continua, non intelligitur aliqua pars lineæ in mèdio tempore & alia pars in alio medio tempore, ſed ſi diuidatur linea & tempus diuiditur in quo intelligitur ſed aut potentia ſeparata, & potentia diuiſibilis intelligens vtramque partem lineæ diuiſæ actu, diuidit namque & tempus ſimul, tunc verò eſt diuiſio in tempore, vt eſt diuiſio in longitudine, quare ſubdit: ſi verò eſt intelligere lineam, ſicut aliquid continuum & indiuiſibile, (& hoc eſt cum dicitur ex vtriſque) intelligetur linea ſic accepta, & in tempore quod eſt ex vtriſque, ideſt in tempore vno & continuo: igitur & indiuiſibili.

Text. 14. Quod autem, Vſque, videtur autem ſenſibile ex potẽtia exiſtente.

DEclarauerat quomodo indiuiſibile, ſecundum continuitatẽ intelligatur, nunc quomodo ſecundum ſpeciem & ſecundum formam intelligatur oſtendit, dicens, quod nõ eſt indiuiſibile ſecũdũ quãtitatẽ, ſed ſecũdum ſpeciem, & ſecũdũ formã intelligit intellectus, qđ eſt ſic in diuiſibile indiuiſibili tempore & indiuiſibili animæ conceptu: nam licet quod ſic intelligitur habeat aliquam diuiſionẽ, ſecundum accidens autẽ illa diuiſio comparatur ad intelle-

ctum;

ctum; nã quod intelligi intellectus, vel quod intelligitur ab intellectu in tempore aliquo de illis diuiſibilibus, hoc non eſt inquantum illa ſunt diuiſibilia, ſed inquantum ſunt de numero indiuiſibilium. Deinde comparat hoc indiuiſibile ſecundum formam, ad hoc quod eſt indiuiſibile ſecundum continuitatem, dicens: ineſt autem vtique illis quæ ſunt vnum ſecundum formam aliquid indiuiſibile, quod facit ea unum: ſicut ipſis continuis ineſt aliquid indiuiſibile, quod facit ea vnum; Vnum igitur ſecundum formam, & vnum ſecundũ continuitatem eſt unum per aliquod indiuiſibile, ſed differenter; Vnde ſubdit: Sed fortè quod facit tempus vnũ longitudinem unam, non eſt ſeparatum, nec eſt hetherogeneum, nec difforme, ſed hoc eſt ſimiliter in tempore & longitudine, & in omni continuo, ergo in vnitate continui non eſt difformitas, ſed eſt ſimilitudo partium, quod in vno ſecundum formã non reperitur ſemper; quomodo autem intelligatur, id quod ſimpliciter indiuiſibile eſt, ut punctus, declarat, dicens: quod punctum autem & omnis diuiſio, & quod eſt ſic indiuiſibile, ſicut punctus monſtratur. i. intelligitur per priuationem continui; & ſimilis ratio eſt in alijs priuatiuis: nã quomodo intellectus noſter cognoſcit malum aut nigrum: ſic. n. per contrarium aliquo modo cognoſcit vtrumque: quoniam cognoſcit malũ per priuationem ſui contrarij, vt per priuationem boni: nigrum autem p priuationem albi, &c. ſed quoniã intellectus ſi debet cognoſcere aliquid per priuationem alterius, & per formam contrariam, oportet quod ſit quid in potentia, ideo ſubdit, dicens: oportet autem potentia eſſe cognoſcens, & eſſe in ipſo aliquam contrarietatem; ſi debeat cognoſcere aliquid per priuationem, vel per formã contrariam: ſed ſi intellectui alicui non ineſt cõtrarium ipſum, ſeipſum cognoſcit, & ille intellectus eſt quid actu: & quid ſeparabile. Deinde comparat intellectũ compoſitorũ ad intellectum ſimplicium, dans differentiam inter hunc intellectum & illũ, dicens: eſt autem quidem omnis dictio, quæ eſt aliquid de aliquo, ſicut affirmatio vera, aut falſa, quod eſt dicere, omnes intellectus compoſitos, vbi dicitur aliquid de aliquo affirmatiuè, aut vbi dicitur negatiuè, eſt verus vel falſus: intellectus autem non omnis eſt verus, vel falſus: ſed qui eſt ſecũdum hoc, quod aliquid erat eſſe, ideſt, intellectus ſimplicium, & intellectus quidditatis ſemper verus eſt, & non in quo aliquid de aliquo; Igitur erit differentia hæc inter intellectum ſimplicium, & intellectũ compoſitum, quod intellectus ſimpliciũ ſemper eſt verus, intellectus verò cõpoſitus in quo dicitur aliquid de aliquo, non ſemper eſt verus; & hoc patet per ſimile, quoniam intellectus non errat circa quod quid eſt, quod eſt proprium obiectum eius; vnde dicit: quod ſicut videre propria reſpectu proprij obiecti verum eſt; ſi autem illæ qui eſt albus eſt homo, aut non, non eſt ſemper verum; & ſicut ſe habet in viſu, qui eſt virtus materialis, eo quod non errat circa proprium obiectum; ſic ſe habent quæcumque ſunt ſine materia. i. circa intellectum, qui eſt ſine materia, quia intellectus non erat circa proprium obiectum, vt circa eſſentiam. Deinde ſubdit, quod ſcientia ſecundũ actũ, eſt idem rei ſcitæ; quæ verò eſt ſecundum potentiam tempore eſt prior in uno & eodem, ſimpliciter aũt, ſcientia, neque tempore ſecundum potentiam præcedit ſcientiam ſecundum actum, quoniã omnia quæ fiũt ſunt

ex actu ente: niſi igitur ſcientia ſecũdum actum præcederet, nullus potentia ſciens, fieret ſecundum actum ſciens.

Text.15. Videtur autem, vſque, Et omnino in actione.

EGit de vegetatiuo, ſẽſitiuo, & intellectiuo: Nunc de appetitiuo, & ſecundum locum motiuo agit, primũ determinans, qualiter habet fieri ipſum ſentire, dicens: quod videtur ipſum obiectum ex ſenſitiuo exiſtente in potẽtia faciens actu, & quoniam ſenſibile non plus facit niſi qđ reducit ipſum organum ſenſus ad actum, ideo non eſt ibi propriè pati: nec propriè alteratio, vnde non patitur, neque alteratur ſenſus a ſenſibili, quare hęc ſpecies motus eſt alia ab alijs tranſmutationibus, immò ſentire non eſt propriè motus, eo qđ motus eſt actus imperfecti, ſed ſimpliciter eſt aliter actus ille qui eſt actus perfecti, vt eſt ſentire, quod quidem ſentire, eſt actus perfecti. Deinde ſenſum ad intellectum comparat, quantum ad iudicium & appræhenſionẽ ſimplicem, dicens: quod ſentire quidem, i. iudicare, vel apprehendere ſecundum ſenſum, eſt ſimile ipſi iudicare per intellectum, & eſt etiam ſimile ipſi apprehendere per intellectum. Deinde comparat ſenſum ad intellectum, quatenus habet ibi eſſe delectatio & triſtitia, & appetitus & fuga; adde tamen prius, ſenſus quandoque apprehendit & ſentit ſimpliciter, & iudicat de ipſo ſenſibili, abſq; eo quod ibi ſint fuga vel perſecutio, at cũ iudicat, aut apprehendit delectabile, ſiue triſte, & eſt aut negãs aut affirmans eſſe aliquid proſequendum vel fugiendum, & eſt delectari, & triſtari, agere mediãte ſenſitiua; & hoc agunt, aut bonũ, aut malũ, quatenus huiuſmodi, eo qđ reſpectu boni vel mali, ſumitur delectatio vel triſtitia, & fuga, aut & appetitus ſupple quæ apprehenſionem ſenſitiuam ſequuntur, ſunt hæc quæ ſunt ſecundũ actũ, vel ſunt idem quę ſunt ſecundũ actũ, quoniam fuga & deſiderium quæ ſequuntur delectabilis, & triſtabilis apprehenſionem, habent eſſe ſecundũ actum: Nam ilico cum quis apprehendit aliquid delectabile vel triſtabile ſecundum ſenſum actu, ilico inquam quis vult appetere, vel moliri fugam. Deinde ſubdit, quod appetitiuum, & fugitiuum non eſt alterum, neque ab inuicem, neque a ſenſitiua, ſed eſſe & ſecundum eſſe, & ſecundum diffinitionem eſt aliud; quaſi dicat, quod ſicut in ſenſu appetitiuum, aut fugitiuum, à ſenſitiuo aut à ſe inuicem ſeiuncta non ſunt, ſed eſſe, & ſola ratio eſt altera; ſimiliter & in intellectiuo, perſecutiuum refugitiuũq; ſed quomodo appetitus, & fuga ſequantur partem intellectiuam, oſtendit, dicens, quod animæ intellectiuæ, quantum ad intellectum phantaſmata ſunt, vel ſe habẽt vt ſenſibilia: ſed cum intellectus per phãtaſmata, aut bonum affirmat, aut negat, aut malũ fugit, aut ſequitur, ideo ſine phantaſmatibus nequaquam anima intelligit. Deinde ſubdit, quod ſicut ſenſibilia comparantur ad ſenſum, ſic phantaſmata, ad intellectum, dicens: ſicut enim aer motus mouet pupillã, id eſt, facit eam coloratam, & pupilla alterata alterauit, ac immutauit interiorem, & abditum ſenſum, id eſt, communem, & aer motus mouet auditũ, nam auditus & quilibet ſenſus particularis alteratus & immutatus alterat ac immutat ſenſum communem, qui ſenſus cõmunis ſubiecto eſt vnꝰ, & eſt conſtitutus in medio ſicut centrum, & vnus terminus reſpectu omnium ſenſuum particularium, tamẽ ratione ſenſus communis multa, eſt

vt

vt diximus ſupra: nam ſecundũ hũc ſenſum communem, anima diſcernit quomodo differt dulce, & calidum; di ctum quidem eſt prius, & dicendum eſt & nũc: nam ſenſus communis eſt aliquid vnum; ſic autem ſupple ex parte intellectus terminus eſt vnus, & hoc proportionaliter eſt ex parte intellectus, ſicut ex parte ſenſus: vnde ſubdit dicẽs, quod autem numero ens vnum habet ad vtrunque cogno ſcens ſupple quo modo illa ad inuicẽ ſe habent: quia eſt dare vnum aliquid quo anima differt ſiue diſcernit iudicare nõ homogenea, ſiue ea quę non ſunt eiuſdem generis: aut contraria, vt album & nigrum. Et non modo duorum, ſed & trium & quatuor, & quinq; ſenſuum differentias ſenſibilium dijudicat: ita ad phantaſmata ſe habet intellectus, nihil enim refert, iudicare non ſimilia, & iudicare cõtraria, ideo erit intellectus vnus ſecundum ſe (ſicut ſenſus communis eſt vnus ſecundum ſubſtantiam) tamen aliter, & aliter accipit & conſideratur prout à diuerſis phantaſmatibus immutabat; hoc ponit in terminis, dicens: ſit igitur ſicut A, album ad B. nigrum, ſicut G, id eſt, phantaſma albi, ad D, id eſt, ad phantaſma ni gri, quoniã ſic ſe habent phantaſmata albi ad phantaſmata nigri, ſicut illa ad inuicẽ: & ita permutatim: quia ſicut ſe habet album ad ſua phantaſmata, ita nigrum ad ſua: eo quod neceſſe eſt, vt ratio ſit eadem de phantaſmatibus; ergo ſicut G, & D, ſe habebunt (id eſt, ſicut phantaſmata albi & nigri) ſicut exiſtentia uni intellectui, ſic A & B, id eſt, album & nigrum ſe habent ſicut exiſtentia uni ſenſui, idem enim eſt ſenſus qui percipit, & album, & nigrum, ſed ſecundum eſſe, & ſecundum rõnẽ non eſt idem: & illud ſimiliter, hoc eſt, & ex parte intellectus ſimiliter ſe habet q̃a eſt unus intellectus qui immutatur à phantaſmatibus albi & nigri, & eadẽ ratio eſt, ſi A quidem ſit dulce, B verò album, nam ſicut album, & nigrũ percipiũtur eodem ſenſu communi, ſic etiam & phantaſmata albi & dulcis, eundem intellectum immutant, ac ab eodem percipi poſſunt, ergo phantaſmata comparantur ad intellectũ, ſicut ſenſibilia ad ſenſum; Deinde oſtendit intellectum apprehendendo aliquid delectabile, vel triſtabile, affirmare vel negare, aliquid proſequendum, vel fugiendum, dicens, q̃d intellectiuũ intelligit ſpecies in phantaſmatibus, eo quod intellectus ea quæ intelligit, intelligit in phãtaſmatibus, ſicut in phantaſmatibus determinatum eſt, ſic competit ipſi intellectui imitabile & fugiendum, & extra ſenſum, id eſt, & hoc non ſolum facit præſentibus ſenſibilibus, ſed etiam abſentibus, dat exemplum, dicens: cũ fuerit in phantaſmatibus pręſenti bus ſenſibilibus, mouetur vt ſentiens fugibile, tanquam præſens: vt quia ignis cognoſcit, ex eo quod communiter videt accidere, ſ. communiter videt quod eſt quid nociuum, & videns quod mouetur bellum, quoniam impugnans eſt aliquid, quando talia pręſentia ſentit quid fugibile iudicat: ſed aliquando non præſentibus ſenſibilibus ea quæ ſunt in anima phantaſmatibus, aut intellectibus tanquam vidẽs ratiocinatur, ac futura deliberat, aut præſentia: & cum viderit ibi aliquid triſtabile vel letabile, intellectus iudicat aliquid proſequendum & imitabile, id eſt, iudicat aliquid fugibile, aut imitatur.

Text. 16. Et omnino in, vſque, Nunc autem de anima dicta.

DEterminat quædam circa intellectum, primo oſtendens quomodo differt intellectus ſpeculatiuus

K 2 à pra-

à practico, dicẽs, & in actione, ideſt, intellectus practicus, & quod ſine actione, id eſt, intellectus ſpeculatiu⁹ ſupple, ſunt idem ſubiecto, & ſunt in eodem genere. Verum autem & falſum quod pertinet ad intellectũ ſpeculatiuum, eſt in eodem genere cum bono, & cum malo, quod pertinet ad intellectũm practicũ: ſed differt hic intellectus ab illo, in eo quod ſimpliciter differt à quodam, id eſt, quia intellectus ſpeculatiuus conſiderat res vt ſimpliciter ſumuntur, & vt habẽt vniuerſale: practicus verò conſiderat res vt ſunt q̃dã, & vt hñt eſſe particulare. Deinde demonſtrat qualiter intellectus intelligat mathematica ſi abſtracta, dicẽs: ſupradicta per abſtractionem vt per mathematicam, intelligit modo abſtracto, ſicut ſimũ ſecundum quod ſimum intelligit modo abſtracto, (econtra autem ſe habet practicus ſeu naturalis) ſi intellexit aliquid inquantum curuum, intellexit ipſum actũ ſine illa carne, in qua eſt illud curuum: ſic mathematica quæ non ſunt ſeparata, percipit tanquam ſeparata, quãdo intelligit illud quod intelligit; intellectus autem qui eſt ſecundum actum, id eſt, practicus, eſt ſicut ipſę res, intelligens: ſicut enim res materiam circuncernunt, ſic ab intellectu intelliguntur, ſ. cum materia ſenſibili. Deinde inquit an intellectus poſſit abſtracta ſimpliciter intelligere; quam quidem quæſtionẽ præuentus morte philoſophus nõ ſoluit; dicens, vtrum contineat ipſum intellectum noſtrum exiſtentem non ſeparatum à magnitudine intelligere aliquod ſeparatorum, vel intelligere aliquam ſubſtãtiam ſeparatam, vt puta aliquam intelligentiam, poſterius erit conſiderandum.

Tex. 17. Nunc autem, vſque, De moriente autem quod.

OStẽdit in præſenti philoſophus, reſumendo opinionẽ antiquorum, quomodo anima eſt omnia, dicens, nunc autem dicta de anima reſumentes dicamus iterum quod antiqui dicebant quod anima eſt quodãmodo omnia entia, quia ea quę ſunt aut ſunt ſenſibilia, aut intelligibilia; eſt autem ſcientia omnia ſcibilia, ſenſus verò omnia ſẽſibilia, ſed hoc qualiter ſit, oportet declarare. Deinde qualiter ſenſus ſit omnia ſenſibilia, & intellectus omnia intelligibilia oſtendit, dicens, quod diuiditur ſcientia & ſenſus in res. i. quemadmodum & res: vt quæ quidem eſt potentia, in ea quæ ſunt potentia, quę verò actu, in ea quæ ſunt actu, animę autem ſenſitiuum, & quod poteſt ſcire ſunt potentia, hoc quidem, quod poteſt ſcire eſt potentia ipſum ſcibile, illud verò, ideſt, ipſum ſenſitiuum, quod poteſt ſentire, eſt potentia ipſum ſenſibile, ſed licet anima ſit quadammodo omnia, non tamen eſt illo modo quo ponebant antiqui, ſ. & lapis, & aqua, & ignis, & plantæ, ad hoc, quod cognoſceret omnia, ideo dicit, quod neceſſe eſt aut ipſa entia, aut ſpecies eorum eſſe in anima, ergo ipſa entia ſiue ipſæ res non ſunt in anima, quoniam lapis non eſt in anima; ſed ſpecies lapidum: vnde anima eſt ſicut manus, quoniam manus eſt organum organorum: & intellectus eſt ſpecies ſpecierum intellectualium, & ſenſus eſt ſpecies ſpecierum ſenſibilium. Deinde qualiter res ad animam comparantur & qualiter ab ipſa intelligun tur oſtendit, dicẽdo quod anima non intelligit ſine phantaſmate, dicens: quoniam autem neque res nulla eſt principaliter intelligibilis ab intellectu præter magnitudines ſenſibiles, quan-

quantumcunque intelligant ſenſibilia ſeparata, ſemper ſunt ſenſibilia in phantaſmatibus, & quæ dicuntur ab ſtractione vt mathematica, & quæcũque ſunt habitus & paſſiones ſenſibilium, vt naturalia, quoniam tam naturalia quàm mathematica non poſſunt ſine phantaſmate intelligi: & ob hoc neque non ſentiẽs non poterit acquirere ſcientiam nec intelliget ſine phantaſmate, poſtquàm iam habuit ſcientiam acquiſitam; At cũ ſpeculetur, neceſſe eſt ſimul & phantaſma aliquid ſpeculari: huiuſmodi cauſa eſt, eo quod phantaſmata ſe habent ſicut ſenſibilia. Præter quod ipſa ſunt ſine materia: ſenſibilia autem ſunt cum materia, quoniam ſi habent ſe phantaſmata ſicut ſenſibilia ſicut non contingit ſentire ſine ſenſibilibus, ſic non contingit intelligere ſine phantaſmatibus, ſeparat deinde phãtaſma ab intellectu compoſitorũ, dicens, quod phantaſia eſt diuerſum à dictione & negatione, ſiue ab intellectu affirmante & negante, ſeu ab intellectu componente, & diuidente, eo quod compoſitio intellectuum eſt quid verum aut falſum, non autem phantaſmata. Deinde phantaſiam ab intellectu ſimpliciũ ſeparat; dicens hinc neque phantaſmata primæ ſenſibilium intellectiones ſunt, ex quibus conſtant affirmationes, & negationes; non tamen hæ primæ intellectus notiones ſunt ſine phantaſmatibus; namque neque intellectus ſimplicis neque compoſiti ſunt phantaſmata, tamen nec iſti neque illi ſine phantaſia ſunt; Deinde epilogat dicens, quod anima quæ eſt animalium, eſt diſtincta ſecũdùm duas potentias: quoniam & diſcretio quod eſt opus intelligentiæ & ſenſus diſtinguũt ipſum animatum, vel ipſam animam; & adhuc diſtinguit animũ in mouendo ſecundùm locũ; de ſenſu ergo, & intellectu ſint huiuſmodi determinata; animatum ergo ab inanimato diſtinguitur cognitione, & motu; ſed duplex ẽ cognitio intellectiua & ſenſitiua; differt ergo animatum ab inanimato, vel diſcurrendo quod pertinet ad intellectum, vel ſentiendo quod pertinet ad ſenſum, vel in mouendo ſecundùm locum.

Text. 18. De mouente, vſque. Quod quidem igitur non vegetatiua.

NVnc agit philoſophus de principio motiuo, primo inquirens quomodo potentia motiua ſe habeat ad animam, dicens: De mouente autem ſiue de potentia motiua animæ ſpeculandum eſt, vtrum principium motiuum ſit pars animæ, aut ſit tota anima: & ſi eſt pars aliqua animæ, dubium eſt, vtrum ſit quædam pars propria præter partes conſuetas dici, ac præter partes dictas, aut ſit harũ vna aliqua pars conſuetarum dici, aut dictarum. Deinde præmittit quaſdam diuiſiones potẽtiarum animæ, dicẽs: quod habet autem mox dubitationẽ quomodo oportet diſtinguere partes animæ, & quot ſunt huius partes, quia quodammodo videntur eſſe infinitæ, & non ſolùm ſunt illę quas dicunt diſtinguentes potentias animæ in ratiocinatiuam, & iraſcibilem, & appetitiuam, ſed & alij diſtinguũt potentias animæ per habentem rationẽ & irrationabilem. Deinde improbat has diſtinctiones, dicens: ſecundùm enim differentias per quas diſtinguũt has potentias animæ: alię videtur potentiæ habentes maiorem differentiam his, de quibus diximus: q̃a vegetatiua, quæ eſt in plantis, & in omnibus animalibus, & ſenſitiua, q̃ eſt in brutis, eſt potentia quam neq; ſicut irrationalem, nec ſicut rationalem ponet quis congruè. Deinde aliã

rationem

ationem affert, dicens: Inſuper & phantaſia, quæ ſecundùm eſſe quidē ab omnibus alijs potentijs eſt diuerſa, cui autem harum potentiarum ſit eadem vel diuerſa, ut utrum ſit eadē uel diuerſa cum rationabili, uel cùm irrationabili, & quomodo continetur ſub iſta diſtinctione, habet multam dubitationem; & hoc eſt ſi qs ponit partes animæ ſeparatas; namque & phantaſia eſt & in brutis, & tamē nō continet ſub præfata diuiſione, ideo &c. Tertiam deinde adducit rationē, dicens: Inſuper eſt appetitiua quæ & ratione, & potentia uel diffinitione, & actu utique uidetur eſſe ab omnib. his potentijs, & inconueniens eſt diuidere hāc appetitiuam ſolū in duas partes, in iraſcibilem, & concupiſcibilem; ſed diuidere oportet potentiā appetitiuam in tres, eo quod appetitus eſt triplex, uidelicet, uoluntas, iraſcibilis, & concupiſcibilis; quod ita ſit, patet; quoniam in ratiocinatiua aut ſit appetitus qui dicitur uolūtas, in irrationabili autem ſit ira, & concupiſcentia, ideo erunt tres appetit⁹ in anima, ſcilicet uoluntas, & iraſcibilis, & cōcupiſcibilis; Præmiſſis his, determinat de hoc principio motiuo, dicens; quod de motu, de quo nunc eſt ſermo, eſt dubitatio quid eſt mouens animal ſecundùm locum; quoniam ſecundùm motum augmentū & decrementum quod ineſt omnib⁹ contingit mouere ſecundùm aliquod principium quod ineſt omnibus, qa talis motus ſit ſecundùm uegetatiuū & generatiuum; de reſpiratione autem & expiratione, & de ſomno & uigilia, qualiter hæc fiant, poſterius erit particularis ratio, eo quod multā habent dubitationem; ſed de motu ſecundùm locum, quod eſt mouens animal ſecūdùm motum proceſſiuū, nunc eſt determinandum.

Text. 19. Quod quidem, vſque, Videntur autem hæc duo mouentia.

De his quę propoſuit exequitur; primo oſtendens principium motus proceſſiui in animali, non eſſe uegetatiuum, dicens: vegetatiua non eſt potentia mouens animal ſecundū motum proceſſiuū, quia ſemper hic motus eſt propter aliquid, quoniam eſt aut cùm phantaſia, aut cùm appetitu; namque nihil non appetens aut fugiens mouetur hoc motu: ſed mouetur per violentiam, igitur phantaſia ſecundùm quod huiuſmodi non eſt principium in tali motu. Aliam adducit rationem; quod ſi vegetatiuū eſſet principium in motu proceſſiuo, plantæ vtique, quibus vegetatiuum ineſt, eſſent motiuæ ſecūdùm talem motum, ac haberent aliquam partē organicam ad hunc motum, *id eſt* pedes per quos mouerentur. Deinde de ſenſitiuo hoc oſtendit, ſcilicet, quod non eſt principium in tali motu, dicens: ſimiliter autem neq; ſenſitiuū eſt principium in tali motu; quia multa ſunt animalium quæ quidem ſenſum habent, & tamen ſunt manentia, & immobilia vſque ad finem, id eſt quamdiu viuunt. Deinde remouet quādam cauillationem, quia poſſet dicere quis, quod ſenſitiuum eſt principiū in motu proceſſiuo, non tamen omnibus animalibus; quib. ineſt ſenſitiuum, competit moueri ſecundùm talem motum; quia non omnia animalia habent organa; vnde dicit: ſi ergo natura non facit fruſtra nihil, nec deficit in neceſſarijs niſi in orbatis, & in imperfectis, huiuſmodi animalia quæ non mouentur ſecundùm locum, ſunt perfecta in ſpecie ſua, & non ſunt in eis orbitates; ſignum autem huius eſt, quoniam ſūt generatiua & habent augmentum, & decrementum, vel habent omnia quæ-

quæcunque competunt propriæ ſpeciei: quare, ſi haberent potentiam, vel virtutem aliquam quę eſſet principiũ in motu proceſſiuo, haberent vtique partes organicas proceſſionis, ideſt pedes, quod patet falſum, ergo necsẽ ſitiuum poterit eſſe principiũ huius motus. Deinde oſtendit quod intellectus ſpeculatiuus non eſt principium in huiuſmodi motu, dicens: At uerò nec rationatiua, & vocatus intellectus eſt mouens ſecundũ locũ, quia ſpeculatiuus quidem intellectus nec ſpeculatur actuale, id eſt, non ordinatur ad opus, nec ſpeculatur, ut agat, nec dicit aliquid de fugibili, & proſequibili, ſed ſemper motus eſt aliquid aut proſequẽtis, aut fugientis; ad maiorem dilucidationem ſubdit, dicens: quod neq; cum intellectus fuerit ſpeculatiuus, aliquid agibile, iam præcipit aut proſequi, aut fugere, puta, intellectus multoties aliquid terribile intelligit, aut delectabile; non iubet autem timere, aut delectari: ſed cor mouetur ſi debeat eſſe proſequutio aut fuga; vel mouetur aliqua alia pars ſi mouens ad delectationem ſit altera aliqua pars. Deinde oſtendit, quod neque intellectus practicus nõ eſt principiũ talis motus, dicens: Amplius & pręcipiente intellectu practico, & dicente intelligibilia fugere, aliquid aut proſequi, non mouetur ſecundum intellectum præcipientem, ſed agit ſecundum cõcupiſcentiam, vt incõtinens; ſi ergo huiuſmodi intellectus eſſet principium talis motus, ſemp moueremur ſecundũ imperiũ eius. Adducit deinde aliã rõnem, dicens: quod totaliter videmus quoniam habens artem medicatiuã, non ſanatur, quia non facit in ſe, quod præcipit ars, tanquam agere ſecundum ſcientiam, ſit quidem proprium alterius, ut appetitus, ſed non ſcientię. Deinde inquit, an huiuſmodi principium ſit appetitus, dicens: At uerò nec appetitus eſt dominus huius motus: quia tunc homines ſemper ſequerentur appetitum, cuius contrarium uidemus, quoniam abſtinentes & continentes non ſequuntur appetitum, & intellectum.

Tex. 20. Videtur autem, vſque, Diuidentibus animæ partes.

NVnc Ariſtoteles vult veritatem inquirere, dicẽs eſſe plura mouentia ſecundum talem motum: Deinde reducit hæc ad vnum, dicẽs: igitur, quod videntur duo hæc eſſe monẽtia, aut appetitus, aut intellectus: ſub intellectu phantaſiam compræhendimus & imaginationem, quoniam multa quis agit præter ſcientiam, eo quod ſequitur phantaſiam, igitur phantaſia eſt etiam mouens: ſi ergo collocemus phantaſiã ſub intellectiua, vtraque erunt motiua ſecundum locum, intellect⁹, & appetitus. Deinde declarat intellectum habere rationem principij motiui, dicẽs: intellectus autem qui ratiocinatur propter opus & qui eſt practicus, differt a ſpeculatiuo ſecundum finem, nam finis ſpeculatiui intellectus eſt veritas, practici verò finis eſt opus, ſeu bonum: igitur huiuſmodi habet rationẽ principij. Deinde oſtendit hoc idem de appetitu, dicens: & appetitus oĩs eſt pp opus, quoniam ad hoc cuius eſt appetitus eſt principiũ practici intellectus, ultimus autem principium eſt actionis; igitur quoniam tam intellectus practicus quam appetitus ſunt propter aliquid, ut propter opus, quare rationabiliter hæc duo uidentur mouentía eſſe, ſcilicet appetitus & intelligentia practica. Deinde hæc duo ad unum principale reducit, dicẽs, quod appetibile mouet, & propter hoc mouet intelligentia: quia principium eſt hoc quod eſt appe-

appetibile, igitur non mouet intelligentia, niſi per appetitũ, ſiue per appetibile: & phantaſia etiam cum moueat, non mouet ſine appetitu; eſt ergo unum mouens principale, ſcilicet, id quod eſt appetibile. Deinde ſubdit, quod ſi duo mouebant intellectus & appetitus, ſecundum communem utique aliquam ſpeciem mouebant: nunc autem intellectus non uidetur mouens ſine appetitu: nã uoluntas appetitus eſt, quia eſt appetitus intellectiuus ſiue appetitus rationalis, quoniam nunquam ratio mouet, niſi per uoluntatem determinetur; Vnde ſubdit, quod cum aliquid ſecundum rationem mouetur, & ſecundum uoluntatem tanquam ſecũdum aliquid determinans rationem, ergo ratio ſine appetitu non mouet: appetitus autem prçter rationem mouet, quia concupiſcentia quidam appetitus eſt, & tamen ipſa non ſequitur rationem. Deinde quomodo poſſit eſſe rectitudo & non rectitudo in hoc motu, demonſtrat, dicens: omnis quidem intellectus, id eſt, omnis habitus principiorum operabilium, de quo hic loquimur, ſemper eſt rectus, ſed appetitus & phantaſia eſt recta, vnde ſemper mouet appetibile: at hoc appetibile quod mouet, aut eſt bonum, aut apparens bonum. Deinde ſubdit quod non omne bonum mouet, ſed bonum actuale, quod & dependet ex omnibus noſtris: huiuſmodi autem bonum actuale, eſt bonũ contingens, aliter ſe habere. Deinde concludit, dicens: quod igitur huiuſmodi potentia animç quæ vocat' appetitus mouet, manifeſtum eſt.

Text. 21. Diuidentibus, uſque, Quoniam autem tria ſunt.

OStẽdit Philoſohus diſtinctionẽ potentiarum animæ ſuperius allatam ſufficientem fuiſſe, dicẽs: diuidentibus partes animæ ſi diuident & ſeparent eas ſecundum potẽtias, fiunt valde plures, quam iſti dicunt: nam vegetabile, ſenſibile, intellectiuum, conſiliatiuum, & adhuc appetiuum, hæc plus ab inuicem differunt, quàm irrationabile & concupiſcibile. Deinde ſoluit rationem factam in præantecedenti contextu, eo quod illæ rationes omnes aliquo modo veritatem concludebant excepta ratione illa de appetitu, nam quod vegetatiuum, ſenſitiuum, & intellectus ſpeculatiuus, non ſint cauſa huius motus, verum eſt; ideo ſoluit illam rationem, dicendo, quod prius dicendum eſt duplicem eſſe appetitum, ſcilicet, ſenſitiuum, & intellectuum, & vnus alium vincit; quãdo ſenſitiuus vincit, tunc agimus ſecundum iraſcibilem, & concupiſcibilem: ſed cum vincit intellectiuus, tunc agimus ſecundum rationẽ; cum ergo abſtinemus, dicebatur agere ſecundum rationem, & non ſecũdum concupiſcentiam, non tamen probatur quod non agant ſecundum appetitum ſenſitiuum, ſed ſecundũ intellectum, ergo ſunt in nobis appetitus contrarij; & ſic vis ſolutionis in huiuſmodi pendet, ideo dicit, quod in nobis fiunt appetitus cõtrarij ab inuicem, hoc autem accidit, cum ratio & concupiſcentia fiunt contrariè, vnde ſubdit; quod ſunt hçc autem in habentibus ſenſum, i. temporis cognitionem, quia intellectus quidẽ. n. propter futurum retrahere iubet, cõcupiſcentia autem propter ipſum quod iam videtur, & quod iam eſt delectabile & ſimpliciter delectabile, & ſimpliciter bonum eſſe dicitur, & hoc propterea quod non conſideratur quod eſt futurum, epilogat. Deinde dicit, quod licet ſint plura mouentia numero, vnum eſt tamen mouens primo & principale immobile,

ideo

ideo dicit, quod ſpecie, id eſt, formaliter & principaliter vnum erit mouens: vt appetibile, aut appetitus, primum autem omnium eſt appetibile, quia hoc mouet, cum non mouetur, mouet autem ipſum appetibile, eo quod ſit intellectiuum, aut imaginatiuum, igitur erit vnum mouens principale, ſed numero erunt plura mouentia.

Text. 22. Quoniam autem, vſque, Vegetabilem quidem igitur animam.

NVnc dat ordinem & numerū ipſorum mouentium, dicit igitur, tria eſſe quæ concurrunt ad motum proceſſiuum; Vnum quod eſt moués, vt appetibile, vel appetitus; Secundum autem eſt quo mouet, vt organum; Tertium eſt quod mouetur vt animal: Mouens autem eſt duplex; aliud quidem immobile; aliud autē quod mouetur; Immobile eſt ipſum actuale bonū, ſiue ipſum appetibile, mouens autem quod mouetur, eſt appetitiuum. i. potētia appetitiua vel appetitus, nam potentia appetitiua ſiue ipſum appetitiuū quod appetit, ſecundum quod appetit mouetur, & appetit⁹ eſt actus & motus quidam: mouet ergo tam potentia appetitiua, quam appetibile, ſed quod mouetur, animal eſt, quo autem mouet, eſt organum, vel mouet ipſo organo, & hoc organū, eſt iam quidē corporeum, vnde in communibus operibus corporis & animæ. i. in libris de cauſis animalium, conſiderandū eſt. Deinde agit de organo ipſius motus, cuius principale organum eſt cor, quia in eo eſt finis & principiū motus, dicens: ergo nūc autem vt in ſumma dicatur, illud eſt principaliter mouens organicē; vbi eſt idem principium & finis motus, velut in circulatione, aut in aliquo quod ſit gibboſum & concauum, & hoc quidem ſupple concauum, eſt finis motus, illud verò, ſupple gibboſum, eſt principiū motus: ſed cor eſt gibboſum & concauum, ergo &c. vnde ſecundum aliud quidem quieſcit, ſecundū aliud uerò mouetur, ita quod in eo eſt qes & motus, finis & principium: ratione quidem ſunt altera entia, ſed magnitudine & loco ſunt inſeparabilia, nam omnes partes cordis mouētur pulſu & tractu. i. ſecundū dyaſtolem, & ſyſtolem, ſecundum dilatationem, & conſtrictionem, propter quod oportet accidere in corde, ſicut in circulo accidit, i. ſecundū aliquid quieſcere, quia circulus aliquo modo manet & aliquo modo mouetur: & hoc ſic eſt in corde. Deinde oſtendit quomodo per huiuſmodi motiuum principium, ſcilicet appetitiuum mouentur tam perfecta quam imperfecta animalia, dicens: omnino igitur ſicut p̄dictū eſt, inquantum animal participat appetitum, ſic competit ei moueri, appetitiuum aūt non eſt ſine phantaſia, phantaſia autem omnis eſt rationalis, ut in hominibus, aut eſt ſenſibilis, vt in alijs animalibus, hac igitur alia animalia participant. ſ. phantaſia. Deinde ſubdit: conſiderandū autem eſt, & de imperfectis animalibus quidem eſt mouens in eis, quibus animalibus imperfectis ineſt ſolum ſenſus tactus, num contingat phantaſmatam & concupiſcentiā ineſſe his, aut nō ineſſe, videtur. n. lętitia vel triſtitia ineſſe talibus animalibus, ſi autem hoc, & concupiſcentiam neceſſe eſt eis ineſſe; Sed quoniam non poteſt eſſe ſine phantaſia, ideo dubium eſt, quomodo eis

inerit phantaſia; Vnde ſubdit, ac ſoluit, dicens: ſicut illa indeterminatum habent ac vagum motum, ita indeterminatam habent imaginationem & appetitũ. Deſcendit nunc ad homines quomodo p phãtaſiam & appetitũ mouentur, primò oſtendẽs, quomodo phantaſia in hominibus differt a phãtaſia in alijs animalibus, dicens: ſenſibilis quidem igitur phantaſia, ſicut diximus, ineſt & in alijs animalibus ab homine: ſed deliberata ſeu rationabilis phantaſia tantum in animalibus rationalibus eſt, quoniam deliberate vtrum ſit agendum hoc, aut hoc, iam eſt rationis opus, & neceſſe eſt menſurare vno aliquo; quia imitatur ſic agens maius eligibile, quare ſic agẽs poteſt ex pluribus phantaſmatibus facere vnũ per ſyllogiſmum, & hæc eſt cauſa eius, quod animalia bruta non oportet putare habere opinionem, quoniam brutum non habet eam rationem quæ ex ſyllogiſmo eſt: ſed hæc animalia rationalia illam ſupra rationem habent; idcirco, quoniam animalia irrationabilia non habent hmõi rõne; appetitus in eis deliberatiuum non habet. Deinde quomodo appetitus in hominibus ſit mouens, oſtẽdit, dicens: vincit autem aliquando, & mouet appetitus ſenſitiuus deliberationẽ, aliquando autem econtra; quia ſicut ſphera cęleſtis mouet aliam ſphęram, ſic appetitus ſuperior mouet appetitum inferiorem, & hoc patet cum aliquis eſt in abſtinentia, quoniam continet, & abſtinet: natura autem ſpheræ quæ eſt ſurſum, eſt principalior, & mouet, ita, vt tribulationibus moueatur, naturaliter enim pars ſuperior debet eſſe principalior, & debet mouere inferiorem. Deinde quomodo ratio habet rationem mouendi, & ſit mouens in homine, oſtendit. Sed aduerte, quod triplex poteſt diſtingui ratio; ſcilicet, ſpeculatiua & practica, & hæc eſt duplex, vniuerſalis, & particularis: ratio autem ſpeculatiua non mouet, nec etiam directè & immediatè ratio practica vniuerſalis mouet, ſed particularis. Vnde dicit: ſcientifica autem ſiue ratio ſpeculatiua nõ mouet, ſed manet, quoniam non imperat aliquid fugiendum, nec proſequendum, eo quod hæc quidem æſtimatio, & ratio practica, eſt uniuerſalis, alia verò particularis, hæc quidem, id eſt, ratio practica vniuerſalis, dicit, qđ oportet huiuſmodi, & huiuſmodi agere, vt præceptor honorandus eſt, Reipublicæ eſt obediendum; Hæc autem ratio particularis dicit, *hoc* quidem eſt tale, & ego talis; *vt hic* eſt meus ſuperior, & ego ſubditus: & quoniam ſic eſt, hæc opinio particularis mouet, non autem ſic mouet quæ eſt vniuerſalis, propterea quod operationes, & motus ſunt particularia; non igitur ratio practica vniuerſalis directè, & immediatè mouet, aut ſi mouet, vtraque, tam uniuerſalis, quam particularis, ſed vniuerſalis eſt magis quieſcens, particularis verò magis mouens, ideo, &c.

Tex. 23. Vegetabilem, vſque, Quod autem impoſſibile ſit ſimplex.

DEterminauit de omnibus partibus potentialibus animæ, uel de omnibus potentijs eius; nunc comparat eas ad inuicem, primò oſtendens vegetatiuum in omnibus reperiri, dicens: quod vegetabilem quidem animã neceſſe habere quodcumque viuit, & habet animam huiuſmodi

huiuſmodi

Digitized by Google

iuſmodi vegetabilem à generatione uſque ad corruptionem, quia quod generata neceſſe eſt habere augmentum, ſtatum, & decrementum, hæc autem non ſunt ſine alimento, igitur ſequitur, quod neceſſe eſt omnia uiuentia quamdiu uiuent, anima vegetatiua indigere. Deinde oſtendit quod non omnia uiuentia habent ſenſum, dicens: non neceſſe eſt ſenſum omnibus ineſſe uiuentibus, & multo magis non ineſt non uiuentibus, quia non ineſt elementis habentibus corpus ſimplex, nec ineſt alijs mixtis, ut lapidibus, & huiuſmodi, in quibus nimis dominatur terra, unde ſubdit: nec enim quorúcunque eſt corpus ſimplex, contingit habere tactum, neque ſine tactu poſſibile eſt eſſe nullum animal, neque poſſibile eſt eſſe aliquẽ ſenſum, igitur ſenſus non ineſt habentibus corpus ſimplex; tres habent ſenſum quæcunque non ſunt ſuſceptiua ſpecierum ſine materia, ut lapides. Deinde oſtendit, quod in omnibus animalibus habet eſſe ſenſus, dicens: primo de his quæ mouentur motu progreſſiuo, dicens: quod neceſſe eſt autem animal habere ſenſum, ſi natura nihil facit fruſtra: nam propter aliquem finẽ ſunt omnia quę natura exiſtũt, aut ſunt cõſequentia eorum quę ſunt, propter aliquid, id eſt, propter finem; ſi ergo non habet ſenſitiuũ omne corpus proceſſiuum, corrumpetur vtique, & non veniet ad finem qui eſt naturę opus: nam quomodo ibit ad alimentandum corpus animal proceſſiuum, niſi haberet ſenſitiuum: at de manẽtibus alia eſt ratio: vnde dicit, quod manentibus quidem exiſtit in loco ſuæ generationis, vbi nata ſunt nutriri. Deinde quandam remouet cauillationem, poſſet dicere aliquis, quod animal habens corpus proceſſiuum, poteſt habere intellectum ſine ſenſu, ita, quod per intellectum abſq; ſenſu poterit omnia corruptiua vitare, ideo dicit, quod non poteſt corpus habere animam & intellectum diſcretiuum, ſenſum autem non habere; & hoc dico, ſi illud corpus exiſtẽs proceſſiuum, quoniam de hmõi eſt ſermo; Nec ſi ſit generabile, quaſi dicat, quod ſiue ponatur generabile, ſiue in generabile corpus animalis proceſſiuum, ſi habet intellectum, oportet quod habeat ſenſitiuum, & cauſa eſt cum dicit: quare autem tale corpus habens intellectum nõ habeat ſenſum: aut enim hoc erit melius animæ, aut melius corpori, neutrum autem nũc eſt, quia anima non magis intelliget, corpus autem nihil magis erit propter carentiã ſenſus, & quoniam nec eſt melius corpori, nec eſt melius animæ, ponere corpus proceſſiuũ habere animam intellectiuam ſine ſenſu, nullum igitur corpus proceſſiuum habet animam intellectiuam ſine ſenſu. Deinde probat, quod omne animal habet ſenſum, dicens; At verò ſi animal ſenſum habet animal, neceſſe eſt corpus eſſe, aut ſimplex, aut mixtum, impoſſibile eſt corpus animalis eſſe ſimplex, quoniam poſito hoc, non haberet tactum, ſed habere tactum neceſſe eſt, quia hoc eſt manifeſtum ex his quæ dicta ſunt, animal namque eſt corpus animatum, corpus autem omne tale eſt tangibile, & eſt quid ſenſibile tactu, & quia ſic eſt, neceſſe eſt animal eſſe corpus tactiuum, ſi debet ſaluari animal, nam alij ſenſus ſentiunt per media extranea, tot olfactus, viſus, auditus, ideo non corrumpitur animal ſecũdum eos: ſed qualitates tangibiles corrumpunt animal, vnde ſubdit:

quod niſi animal habeat ſenſum tactus, nõ poterit quidem fugere hoc, id eſt, corruptiuum, & accipere alia. Si verò ſic ſe habet hoc, non poſſibile erit ſaluari animal ergo eſt, neceſſarius tactus animali, & per conſequẽs neceſſarius eſt ei guſtus, quia guſtus eſt quidam tactus, & alimentum eſt quoddam tangibile. ideo dicit, propter quod neceſſarius eſt guſtus, quia eſt ſicut quidam tactus alimenti, alimentum autem eſt ſicut quoddam corpus tangibile. Deinde oſtendit alia ſenſibilia non requiri ad alimentum & augmentum animalis, ideo nec poſſunt corrũpere, vel ſaluare animal, dicens: ſonus autem, & color, & odor, non alunt animal, nec faciunt augmentum, nec decrementum, quare & guſtum neceſſe eſt tactũ quędam eſſe, quia guſtus eſt ſenſus tangibilis, & uegetatiui, vel ſenſus alimenti, qui requiritur ad hoc quod animal uegetetur, & ad hoc quod alatur, ac tangat alimenta. Deinde oſtendit hos duos ſenſus eſſe neceſſarios animali, ſcilicet, guſtum, & tactum, alios verò non, ſed ad bene eſſe, dicens, hi quidem igitur ſenſus neceſſarij ſunt animali, propter quod & manifeſtum eſt, quod non poſſibile eſt ſine tactu eſſe animal, nec etiam ſine guſtu, inquãtum guſtus eſt tactus quidam alij autem ſenſus ſunt propter bonum, & iam non cuilibet generi animalium neceſſe eſt ineſſe alios ſenſus, ſed neceſſe eſt eos ineſſe quibuſdam animalibus, vt animali proceſſiuo, quoniam ſi oportet ſaluari animal proceſſiuum, nõ tantum ſentire tactu oportet tangendo: ſed etiã de longe. Deinde quomodo alij ſenſus de longe fiant, oſtendit, eo quod fiunt per medium, dicens: qm̃ dicimus alios ſenſus eſſe neceſſarios animali progreſſiuo, vt poſſit ſentire de longe tũc fiet ſenſus de longe ſi fiant ſenſitiuũ per mediũ, eo quod idem medium patitur, & mouetur à ſenſibili, ipſum autem organum ſenſus patitur & mouetur ab illo medio, quoniam hoc modo fit ſenſus à longe, quia ſenſibile immutat medium, & medium immutat organũ; Declarat per ſimile in motu locali, dicens: ſicut enim mouẽs ſecundũ locum facit permutari, vſque ad aliquem locum, & depellens alterum facit, vt ipſum alterum pulſum depellat: & eſt motus huiuſmodi per medium, ita quod primum depellit ſecundum: & mediante ſecundo depellit tertium, quo poſito, illa ſe habebunt hoc modo; quia primũ quidem mouens depellit, & non depellitur, vltimum autem depellitur ſolum, & non depellit, medium autem habet vtrũque, ſcilicet, depellit, & depellitur, multa autem media ſi fuerint, hoc quidem cõtinget quod quodlibet illorum habebit vtraque; hoc idem oſtendit dicens: ſic in alteratione contingit, ſicut in motu locati, vel ſicut in motu pulſus præter quod vnum & idem manens, in eodem loco alterat: non tamen vnũ & idem manens in eodem loco pellit: quoniam oportet pellens aliquo modo ſecundum locum moueri: vt ſi ceram aliquis tinxerit, vel aliquid in ea imprimeret, aut eã liquefaceret, mota eſt cera vſque ad illum terminum vſquequo immutauit eam: lapis autem non eſt ſuſceptibilis talis impreſſionis, ſicut cera, propter duritiem; Sed aqua eſt melior, ſiue multo magis eſt ſuſceptibilis talis impreſſionis, aer autẽ eſt maximè huiuſmodi, vnus. n. & idem manẽs patitur & ſenſum mouet, igitur facit quod vna pars aeris moueat aliam, & pa-

& patitur vna pars ab alia, ſi maneat & ſit vnus continuus: namq; ſi diſcontinuaretur aer, propter obſtacula interpoſita, tunc illa impediret, ne vna pars aliam moueret: ſed quando manet vnus continuus, propter hoc quod ualde paſſibilis eſt, de facili immutatur & in his oſtendit opinionem Platonis fuiſſe falſam, dicens: vnde & de repercuſſione viſus, quàm poſuit Plato, dicens radios progredi vſque ad rē viſam, & inde radios repercuti ad oculum, & fieri uiſionē melius, eſt aerem a figura, & colore pati vſquequo fiat uiſio, quàm radium viſibilem egredientem ab oculo repercuti, ut ponebat Plato; in aere autē plano, eſt vnus aer cōtinuus, motus ab oculo ſenſibili: & propter hoc quod aer motus iterum mouebit viſum, ſicut vtique in ceram ſigillū ingrederetur ad vltimas partes cęrę, nota, quod niſi aer ſit planus, & cōtinuus, impeditur ne immutetur ab obiecto ſenſibili.

Text. 24. Quod autem, vſque in finem.

DEmonſtrato quod animal de neceſſitate habet ſenſum tactus; hic demonſtrat impoſſibile eſſe animal habere corpus ſimplex, primo proponens cum dicit, quod impoſſibile ſit corpus animalis ſimplex, eſſe manifeſtum eſt. dico autem puta igneum, aut aereum, aut alicuius alterius elementi: quod autem non poſſit corpus animalis ſic eſſe ſimplex, patet: quoniam ſine tactu, nec contingit animal vnum alium habere ſenſum, corpus enim animalis omne eſt animatum, & eſt tactiuum, ſicut ſupra diximus. Deinde oſtendit, quod tactus non poteſt reſeruari in vno elemento: primo oſtendens quare tactus hoc nomen accepit, dicēs: alia autē ſenſitiua per altera media ſenſibilia vtique fient, omnia autem alia ſenſibilia ſentiūt, eo quod alterum, & per medium faciunt ſentire ſenſum: ſed tactus eſt in tangendo ipſa ſenſibilia: propter quod hic ſenſus habet hoc nomen: & tamen alij ſenſus ſentiunt per tactum, id eſt, tangendo, ſed hoc eſt per altera: at ſolus tactus per ſeipſum, videtur ſentire. Deinde ſubdit, quod diximus, dicens, quare nullū huiuſmodi elementorum utique erit corpus animalis, nec utiq; corpus animalis erit terreum, nec erit aliquod elemētum ſimplex: quia omniū tangibilium tactus eſt, ſicut medietas: & ſenſus tactus eſt ſuſceptiuus non ſolum eorum, quæcunque ſunt differentiæ terræ, ſed etiam ſuſceptiuus calidi, & frigidi, & omnium eorum tangi poſſibilium, ergo ſi tactus eſt tāgibilium medietas, & eſt in potentia ad omnes tangibiles qualitates, cum in elementis nō reſeruetur huiuſmodi potētialitas, nec talis medietas: quia in eis non ſunt qualitates mediæ, ſed extremæ, corpus animalis non poterit cōſtare ex vno elemento ſimplici, quia tunc in eo nō poſſet reſeruari ſenſus tactus, & propter hoc, quia ſicut eſt oſſibus, & capillis, & huiuſmodi partibus non ſentimus: quia ſunt terræ, vel quia in eis multū dominatur terra, & plantæ etiam ob hoc nullum habent ſenſum, quoniā terrę ſunt: nam ſine tactu, nec ullum poſſibile eſt eſſe animalium, ſenſus autem tactus nō eſt terrę, nec alterius alicuius elementorum. adde ergo quod plantę, & capilli, & oſſa, & huiuſmodi, quoniam nimis terrea ſunt, non habebunt ſenſum tactus, & per conſequens

quens nullus alius ſenſus. Deinde oſtendit animalia priuata tactu non poſſe alterius ſubſiſtere, ſed neceſſe eſſe ea corrumpi, dicẽs; patet igitur, quod animalia priuata hoc ſolo ſenſu neceſſe eſt mori, nec enim hunc ſenſum tactus poſſibile eſt habere quod non eſt exiſtens animal: nec cum ſit animal, neceſſe eſt alium ſenſum habere præter hunc. Deinde comparat ſenſum tactus ad alios, dicens: quod propter hoc quidem, ſcilicet, quia non ſunt alij ſenſus neceſſarij ipſi animali, alia ſenſibilia ſuis excellentijs non corrumpunt animal: (vt etiam ſupra diximus) vt color & odor, & ſonus per ſe non corrumpunt animal, ſed ſolum ſenſus: non enim talia corrumpunt animal niſi ſecundum accidens, puta, ſi fiat ictus & depulſio, ſicut apparet in tonitruo, quod non fit ratione ſoni, ſed ratione aeris, motus, & rationæ ictus habet ſcindere ligna, & animalia corrumpere: ſic & a viſu & odore animalia mouentur & corrũpuntur: ac talia ſecundum ea quę corrũpunt tactũ; & ſapor ſic corrũpit, ſecundum quod ſimul accidit ipſum ſaporem eſſe aliquid tactiuũ, vt diximus. Deinde oſtendit, quod excellentiæ tangibilium per ſe corrũpũt animal, dicens: excellentia autẽ tangibilium, ut calidorum, & frigidorum, & durorum, corrumpũnt animal: & eſt ratio, quia omnis excellentia ſenſibilis corrumpit ſenſum, quia excellentia eius quod tangi poteſt, corrumpit tactum. Secundũ autem tactum determinatum eſt ipſi animali viuere: namq; cum ſtatim animal tactu caret: & vita quoq; caret. Vnde ſubdit, qđ ſine tactu oſtenſum eſt, quod impoſſibile eſt animal eſſe. vnde excellentia tangibiliũ nõ ſolum ſenſum tactus corrumpit, ſed corrumpit animal, eo quod neceſſe eſt animal habere ſolum hunc ſenſum. Deinde ad quid alij ſenſus animali deſeruiunt oſtendit, dicens: quod animalia habent alios ſenſus non propter eſſe, ſed propter bene eſſe; vt viſum habet, quia videat quę ſunt in aere, & in aqua; & omnino habet viſum vt videat quæcunque ſunt in diaphano. Senſum guſtus habet animal, vt ſentiat quod eſt delectabile, & quod eſt triſte in alimẽto, & vt cõcupiſcat, & vt moueatur ad ipſum alimentum, auditum autem habet, ut ſignificetur aliquid ſibi ab alio; linguam autem habet, vt ſignificet aliquid alteri; Et hæc pro breuitate ſufficiant.

F I N I S.

Digitized by Google

VENETIIS, M.D.CII.

Apud Ioannem Guerilium.

Digitized by Google

Digitized by Google

COMMENTARIA IN DVOS LIBROS ARISTOLIS,

De Generatione, & Corruptione.

QVIBVS SINGVLI EORVM LIBRORVM TEXTVS non tam breuiter, quàm dilucide & docte explanantur.

AVCTORE

D. IOANNE BAPTISTA RVBEO.

AD ILLVSTR. PRINCIPEM AC REVER. ANTISTITEM D. Hieronymum Bernerium Ordinis Prædicatorum, S. R. E. Cardinalem Aſculanum.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, Apud Ioannem Guerilium. M DC II.

Cum licentia Superiorum.

Digitized by Google

Digitized by Google

COMMENTARIA IN PRIMVM LIBRVM ARISTOTELIS,

De Generatione, & Corruptione.

Textus Primus. De generatione.

QVONIAM cõſuetudo philoſophi eſt ſuis libris proęmia pręmittere ióin pñti hoc facit. Diuiditur autẽ hoc opus in duos libros. Primus habet 10. capita, primum caput continet tres Concluſiones, & duas opiniones antiquorum circa hoc: Subiectum autem huius libri eſt corpus naturale ad formam. Prima concluſio & proęmium hæc eſt cum dicit. Determinandum eſt de generatione & corruptione, & de natura genitorũ & corruptorũ, & vniuerſaliter de oĩbus, ac cauſis eorum; Inſuper, determinandum eſt de his quæ ſunt aliquo mõ annexa, ſcilicet de alteratione, augumentatione, & quid ſit utrũque eorum, & etiam determinandũ eſt vtrum æſtimandũ ſit a nobis eandem naturam eſſe alterationis & generationis, vel non, ſed ſemotam. ſicut eſt generatio, & corruptio. Notandum eſt, quoniã generatio & corruptio eſt principaliter inter hæc: ideo deſumpta eſt inſcriptio ab his, non autem ab augmentatione, vel alteratione, quæ non ſunt principalia ſed annexa.

Tex. 2. Antiquorum quidem igitur, etc. vſque, Plato enim igitur, &c.

POnit duas de hac re opiniones antiquorum; Prima eſt, ponentiũ omnia eſſe vnum, & omnia generari ex vno: & hi ponunt generationem alterationem eſſe, & generari, alterari. Secunda eſt ponentium plura materialia principia ex quib. omnia conflentur. dicit ergo quod hi de numero antiquorum dicunt ſimplicem generationem eſſe alterationem, quia al-

Digitized by Google

per manebunt unum & idem ſubiectum ſecundum ſuam ſubſtantiam, vt illud materiale principium, ſed tale dicimus alterari, quando manente ſubſtantia fit in alijs tranſmutatio.

Ponit deinde tertiam Concluſionem dicens, quod his qui faciunt plura genera materialium principiorum, conuenit dicere generationem differre ab alteratione: quia conuenientibus illis principijs contingebat generatio, diſſolutis vero contingebat corruptio; manifeſtat hoc per Empedoclem, dicens: ideo dicit hoc modo Empedocles: quod nullius natura eſt aliquid aliud a mixtione: ſed natura cuiuslibet eſt ſolum mixtura quædã, & ſ. corruptio eſt ſegregatio mixtorum, conueniebat ergo dictum Empedoclis cum hoc, quia ponebat generationem eſſe congregationẽ, corruptionem eſſe ſegregationem; manifeſtum eſt igitur quod ſic ſupponi, ut locutum eſt, quod eſt proprius ſermo eorũ philoſophorũ, & quod hoc modo dicunt; his autem ponentibus plura materialia principia neceſſe eſt dicere alterationem eſſe aliud præter generationem & ſcilicet quãuis hoc ſit conueniens & neceſſarium, tamen ſecundum ea quæ ab eis dicũtur, impoſſibile eſt ſaluare veram generationem & alterationem; quod autem hoc ſit verum, facile eſt videre ex ſequentibus: quemadmodum enim videmus quod quieſcente Subſtantia fit in ea tranſmutatio ſecundũ magnitudinem, quæ vocatur augmentatio, & diminutio, ſic quieſcente ſubſtantia videmus in ea alterationẽ fieri propter tranſmutationem in qualitate; erit ergo alteratio, tranſmutatio in qualitate manente ſubſtantia. Deinde oſtendit eos non poſſe ſaluare alterationem, dicens ſtante autem ſic alteratione, tamen ea quæ dicunt facientes plura principia vno, impoſſibile eſt aliquid alterari propterea quod qualitates & paſſiones ſecundum quas dicimus, hoc contingere ſunt qualitates primæ per quas differunt elementa vt puta calidum, frigidum, album, nigrum, ſiccum, humidum, molle, durum, & aliorum unũquodque, per quæ differunt elementa. Sic dicebant antiqui philoſophi, nam Empedocles dicebat Solẽ, ideſt ignem eſſe album & calidum; imbrẽ autem. i. aquam vniuerſaliter dicebat eſſe nigram, frigidam, & nebuloſam. Similiter autem determinans de reliquis. Quapropter, ſi non eſt poſſibile ex igne fieri aquam, nec ex aqua terram, nec fiet etiam tranſmutatio in qualitatibus, ſcilicet ex albo nigrum aliquid fiet, nec durum, ex molli, quoniam eadem eſt ratio & de alijs, ſi non fit tranſmutatio in qualitatibus, quia hæc erat alteratio, ſ. tranſmutatio in qualitate. Aliã rõnẽ ponit per quam oſtendit eos aliquam tranſmutationẽ non poſſe ſaluare, dicens cum his tranſmutatio ſit de contrario in contrarium, manifeſtum eſt, quoniam ſemper ſupponendum eſt unã materiam ipſis eſſe contrarijs, ſiue fiat tranſmutatio ſecundum locum, ſiue ſecundum augmentum & diminutionem, ſiue ſecundum alterationem. Inſuper, mutatio materialis principij neceſſe eſt circa alterationem: nam ſi alteratio eſt, eſt unum ſubiectum & unum materiale elementum: quoniã eſt vna materia omnium habentium

ad

ad ſe inuicem tranſmutationem, & conuertitur;propterea quod ſi unum ſubiectum eſt,alteratio eſt.Præterea, videtur Empedo. contraria dicere & ad ea quæ apparent & ad ſeipſum: quia ſimul cum huiuſmodi quod di cere nullum alterum elementorũ fie ri ex altero dicere ẽt alia fieri ex ip-ſis elementis: nam cum hoc ſcilicet quod ait unum elementorum nõ fie ri ex alio cõtradicit manifeſtis & ſen ſui,dixit enim quod quãdo eſt amici tia vniuerſalis,contingit omnem na-turam elementorum cõgregari in v-num Chaos confuſum,præter litem. & iterum lite adueniente,ex illo uno Chaos confuſo fieri unumquodque elementorum:ſed ſi ex elementis om nibus vnum aliquid poteſt genera-ri, & ex uno illo aliquo iterum poſ-ſent generari elementa, manifeſtum eſt quod aduenientibus quibuſ-dam differentijs de numero diuerſo-rum, & quibuſdam paſſionibus di-uerſis, factum eſt ex illo vno Chaos confuſo hoc quidem aqua, hoc au-tem ignis:quoniã ſi ſecundum Empe doclem contingit ſolem:ideſt ignem eſſe album,calidũ,& leuẽ:terram aũt grauem, & duram, cum huiuſmodi differant longe ab inuicem, ſi ex eis debeat generari unum aliud,oportet hoc fieri ablatis his differentijs.diffe-rentiæ ergo elementorum ſunt aufe-ribiles,cum ex ipſis elementis vnum aliquid generari poſſit;& huiuſmo-di differentiæ ſunt etiam genitæ ideſt poſſunt etiam generari de nouo,ma-nifeſtum eſt,quoniam neceſſe eſt fie-ri ex aqua terram,& ex terra aquam, & ſimiliter unumquodque aliorum ad ſe inuicem: & ſi tunc erãt poſſibi-les aduenire elementis & rurſum ſe-parari ab eis, adhuc nunc eſt poſſi-bile aliter, & aliter aduerſantibus ad-inuicem lite, & amicitia: propterea quod ſi prius aduerſante lite & a-micitia, dicere poterant ſeparari ab elementis & aduenire eis,cũ & nunc talia aduerſari poſſint,nunc etiam po terit hoc contingere. Quia autem tũc amiſerint elementa differentias ſuas, quando erant in illo vno Chaos con fuſo,patet,quia ideo tunc ex uno ge-nerata ſunt, quia in eo non erat ele-mentorum differentia:nõ enim ignis, aer,aqua,terra, erant entia vnum om ne, ideſt vnum totum, & unum Chaos confuſum, ſi proprias retine-bant differentias, ergo inſufficien-ter loquebatur Empedocles *cum nõ* dicat aut determinet num multa aut vnum principium ponendum ſit aut utrum ignis, aut terra, & ſyſtica ſi-ue media horum, ut aqua, & aer, eſ-ſent principia reſpectu illius Chaos confuſi,vel econtra; propterea quod ſi illud Chaos confuſum ſupponi-tur tanquam materia, ex quo princi-palia agentia ſunt tranſmutantia ip-ſum, & propter motum & tranſmuta tionem huius fiunt ignis,terra,aqua, tunc eſt unum elementum:quoniam hoc poſito, illud Chaos habet ratio-nem principij,& iſta elementa habẽt rationẽ principij; ſed ſi illud Chaos confuſum ſit ex compoſitione elemẽ tum, & conuenientibus illis elemen tis:illa autem elementa generãtur ex eo tanquam ex diſſolutione eius,tunc illa quatuor corpora magis, & po-tius debent dici elementa & princi-pia & non prima, & illud Chaos ma gis debet dici principatum. Deinde

uult

Digitized by Google

vult ſuam afferre ſententiam, dicens vniuerſaliter de ſimplici generatione & corruptione elementorum dicendum eſt, utrum eſt, aut non eſt, & ſi eſt, quomodo eſt, utrum naturaliter vel aliter; & etiam dicendum eſt de alijs ſimpliciter nempe, de augmentatione & alteratione. dixit de generatione ſimplici, ut diſtingueret eam ab alteratione, quæ licet poſſit dici motus ſimpliciter, non tamen poteſt dici generatio ſimpliciter, ſed ſecundum quid.

Text. 3. Plato, vſque. Habet autem quæſtionem, &c.

DEterminat Philoſophus de generatione & alijs motibus, & primo ſecundum aliorum opinioné; ſecundo ſecundum propriam ſententiam ibi, determinatis autem his, dicit ergo: Plato, de generatione & corruptione inſufficiéńé executus eſt determinationem, quia ſcrutatus eſt de his, quomodo exiſtunt in rebus, ſcrutatur de generatione non omni, ſed ſolum de ea quæ eſt elementorũ ſcilicet ſcrutatur quomodo fiant carnes, & oſſa; aut aliquid aliorum taliũ iſtorum, nil ulterius dixit; Amplius non ſolum inſufficienter de his, ſed etiam quo ad alios motus, quia non dixit de alteratione & augmentatione, quomodo exiſtunt in rebus, uniuerſaliter autem quę ſuperficietenus apparent, de nullo tali motu aliqsantiquorum conſtituit ſermonem ſcrutatum præter Democritum; hic autẽ Democritus videtur habere curã de omnibus, ac de omnibus reddere cauſam; ex hoc iam apparet, quomodo & qualiter differat hæc opinio ab alijs, quia nullus aliorum determinat de augmentatione ut dicimus, niſi contingens: dicebãt enim quod adueniente ſimili, fiebat augmentum, quod quis ideſt quilibet ſciuiſſet dicere, ſed quomodo fit augmentum non dixerunt adhuc, neque dixerunt de mixtione, neque de ullo alio cõſimili, ut puta de facere, aut pati, quo modo hoc quidem facit, hoc autem patitur ſecundũ naturales operationes nullus Philoſophorum dixit. Democritus autem & Leucippus fecerunt generationem ex atómorum concretione, & ex ſecretione corruptionem: diuerſi autem ſitu & ordine alterationem. ergo hi exiſtimabãt uerum eſſe in apparendo, crediderũt enim quod quicquid appareret, uerum eſſet, & quia contraria fiunt ſecũdum apparentiam, & uni apparent vnum, & alij aliud, & quaſi ſunt infinita quæ apparent in ſenſu, ideo ut omnes iſtas apparentias ſaluarent, infinitas fecerant figuras, & dicebant quemadmodum eædem litteræ varium ſitum atque ordinem habẽtes, Comædiam componunt & Tragædiam, aliter tamẽ & aliter ordinatę, ſic ſupple ex eiſdem atomis aliter, & aliter ordinatis, fit compoſitum alteratum & uariatum. dicebant enim quod vno atomo paruo adueniente & tranſmutato tranſmutatur compoſitum & apparet aliud. Quoniam omnes tractant hæc, ſcilicet, dicunt generationem & corruptionem aliud eſſe, & aliud alterationem: quia generatio quædam ſit congregatio, corruptio verò diſgregatio & alteratio eorum compluribus uiſa ſit paſſionum

ſionum tranſlatio, ideo ſic dictæ opiniones habent multas quæſtiones, & rationabiles, quia ſi generatio eſt ſolum congregatio, multa contingunt impoſſibilia, quia tunc generatio eſſet motus localis. Sunt rurſus aliæ generationes cogentes non habiles ſolui, probantes quod non contingit aliter ſe habere, & dicentes, quod generatio non eſt congregatio; ſcilicet ducebantur ad hoc inconueniens q̄d vel vniuerſalis gn̄atio nō erat, vel ſi erat, alteratio erat; quia eſt difficile hoc diſſoluere, ideo tentandum eſt hanc difficultatem dilucidare. principium autem pertractationis horum omnium circa dictas opiniones eſt, inquirere utrū ſic generantur alterantur & augumentantur entia, & patiuntur contraria his ideſt corrumpuntur & diminuuntur exiſtentibus primis magnitudinibus principijs omnium entium indiuiſibilibus, aut nulla eſt magnitudo indiuiſibilis, quoniam multum differt utrum debeant poni principia magnitudines indiuiſibiles, aut non, & rurſus, ſi eſſet poſſibiles magnitudines eē indiuiſibiles, remaneret pertractandū vtrum hæ magnitudines ſint corporeæ ut poſuerunt Democritus & Leucippus, vel ſint ſicut planities ideſt ſuperficies, ut poſuit Plato in Timeo, hoc ergo ipſum ſcilicet ponere ſuperficies principia corporalium rerū, eſt valde inconueniens quare (vt diximus) uſq; ad planities diſſoluerūt corpora. ideo magis rationabile fuit dictum Democriti, ponentis principia rerum non ſuperficies, ſed corpora indiuiſibilia, licet non ſit ſimpliciter bene dictum, ſed multam habeat irrationabilitatem; rationabilius. n. eſt corpora reſolui in corpora, quam in ſuperficies. Sed tamen Democ. ex ſuis corpuſculis conabatur & generationem & alterationem ſaluare, ut colores ex diuerſa atomorum poſitione, ideſt ex primo generationem, ex ſecundo alterationem. Plato autem ex ſuis ſuperficiebus, neque gignebat, neque alterabat, licet aliquo modo ideſt ſecundum quandam apparentiam, ſaluet generationem; ideo Platonis determinatio eſt irrationabilior. Cauſa huius ſcilicet Platonis fuit inexperientia, ideo Democr. & Leucipp. qui magis inſudauerant naturalibus, magis poſſunt ſupponere talia principia per quæ poſſunt multa elicere. Platonici verò qui *minus* experti fuerunt, & ad pauca reſpiciētes, facile enunciant, uel debiliter, quia Plato arguit Logicis rationibus & Democr. Phyſicis, ideo ex his dictis Platonis & Democriti videbit quis, quantum differant Phyſicè, & Logicè, intendentes: nam Platonici, qui ponunt magnitudines ideſt ſuperficies indiuiſibiles, arguunt Logicè ideſt extraneè: dicunt enim quod ſi non eſſet dare indiuiſibiles ſuperficies, multa, ideſt multæ figuræ eſſent ante Trigonum vel triangulum. voluit enim Plato & omnes Mathematici, omnes figuras rectilineas reſolui in Triangulos, & Triangulos in alios; & quia in Triangulis erat ſtatus, & ipſę erant primæ figurarum, idcirco poſuit eſſe ſuperficies indiuiſibiles, ac eſſe omnium corporū principia; Democ. aūt vr̄ pſuadere ſermonibus Phyſicis: quod autē hoc ſit, ex ſequenti erit manifeſtum.

Tex.

Digitized by Google

Tex. 4. Habet autem quæſtionem, vſq; eſſe autem poteſtate ſimul, &c.

NVnc vult inueſtigare opinionẽ Democriti, cum autem ipſe po neret corpora indiuiſibilia, & omne corpus ſit quid continuum, oportebat eum dicere eſſe aliqua ſigna con tinuatiua; corpora igitur ſecundum Democritum erant diuiſibilia ſecundum quodlibet ſignum diuiſiuum, non autem continuatiuum, dico ergò quod dictum Democriti habet rationabilem quæſtionem: quoniam ſi quis ponat corpus & magnitudinem diuiſibilem paſſim; & ſecundũ quodcũq; ſignum, quia hoc eſt poſſibile ſi ponatur in eſſe, q d erit qđ effugiat diuiſionem, ergo hoc poſito, nil remanebit diuiſibile, igitur qm̃ non eſt inconueniens, poſſibile poni in eſſe, ſi corpus eſt omnino diuiſibile, & hoc eſt poſſibile, non eſt quoq; inconueniens quod ſimul ſit hoc paſſum, & ſimul ſit hoc diuiſum actu nam licet ſimul non diuidatur, tamẽ etſi hoc fieret, & poneretur in eſſe, nõ ſequeretur impoſſibile. Aliam rationem adducit, dicẽs ſimiliter ſi eſt corpus vniuerſaliter diuiſibile, aut etſi eſt omnino innatum eſſe diuiſibile, ſi diuidatur ſupple omnino, vt eſt na tum diuidi, nullum erit impoſſibile naſcens, quoniam ſicut neque ſi in millemillia partium diuiſa fuerint corpora, nullum inde naſcetur impoſſibile, licet vtique nullus ea diuidat: ita ex quo ponuntur omnino diuiſibilia, ſi ponantur ſecundum omnia ſigna diuiſiua; ſi ponantur omnino ſic actu diuiſa, non erit inconueniens licet non omnino actu diuidantur: quod ſi corpus eſt omnino diuiſibi le ponatur ergo ineſſe, & diuidatur; quid ergo erit reliqui facta tali diuiſione, erit poſſibile quod relinquatur magnitudo diuiſibilis, quia hoc poſito, erit corpus non diuiſum omnino, cum poſſit plus diuidi; erat autem vt dicebatur omnino diuiſibile, & ponebatur ſupple oĩno actu diuiſum. ſed ſi facta prædicta diuiſione nõ relinquitur aliquod corpus diuiſibile neque magnitudo: forſan dices diuiſionem eſſe aut ex punctis ita quod ea ex quibus eſt compoſitum erant ſine diuiſione, quoniam erant puncta indiuiſibilia: aut quod relictum ex diuiſione non erit puncta, ſed oĩno nihil vtrunq; horum eſt impoſſibile. quapropter ſi eſſet poſſibile corpora diuidi in nihil, generabitur corpus ex nihilo, & erit corpus compoſitum ex nihilo, & totum corpus erit vnum nihil, & non erit aliquid exiſtens, ſed apparens tantum. quoniam igitur & hæc ſunt inconueniẽtia, inconueniens eſt quoque corpus in nihil diuidi. ſimiliter ſi erit diuiſio ex punctis corpus ſic diuiſum non erit quantum, & quod ex punctis nõ poteſt fieri magnitudo: quod ſic patet. qm̃ quando puncta tangebant ſe & vna erat magnitudo erant continens oĩa illa puncta, & oĩa illa puncta non faciebant illud omne. i. illud totum corpus, ſiue illa totam magnitudinem eſſe aliquid maius: ideo ex punctis non põt fieri aliqua magnitudo. quia ergo diuiſio magnitudinis in duo vel in plura omnes partes magnitudinis ſimul ſumptæ non ſunt neque maius, neq; minus: omne. i. tota priori magnitudine, & quia pluralitas punctorum nihil auget, ideo ſi oẽs puncti componantur nulla faciunt

ciunt magnitudinem igitur ſi ex punctis non poteſt fieri magnitudo ſequitur quod non poſſit diuidi in pūcta, quod oſtendere volebamus: ſed ſi fiat aliqua diuiſio quaſi ſcíſura vel ſuperficies de corpore, vt quod corpus reſoluatur in ſuperficies,(quia ex eiſdem aliquid componitur in quæ reſoluitur:)ſequitur quod corpus egrediatur vel quod fiat aut conſtituatur ex magnitudine. ſed ſi hoc ponatur (quod fiat corpus ex ſuperficie) erit idem ſermo quod prius dicebamus .ſ.quomodo corpus eſt diuiſibile. & ſic ſequitur illud inconueniens .ſ. ex non magnitudine magnitudinē fieri.

Oſtendit neque diuidi in paſſiones.dicens ſed ſi dices quod eſt ſpecies aliqua aut poſitio ſequitur incōueniens.qm̄ cum in ea in quæ diuiditur ſint per ſe exiſtentia, ſi in paſſiones diuideretur corpus,paſſio ſecederet,& eſſet ſeparabilis,& poſſet per ſe exiſtere:quod eſt abſurdum. alia ratio. ſi paſſioni non competit magnitudo,dicens corpus diuidi in paſſiones erit patiens hic inconueniēs.ſ. ex non magnitudine eſſe magnitudinē. amplius ſiue ponantur puncti immobiles arguit Democrit. ſiue mutati,ſi magnitudo diuidatur in puncta erūt alicubi.tactus.n.i.punctus nunquam per ſe exiſtit,ſed ſemp eſt vnus duorum quorundam ſe tangentium, vel ſemper eſt cuiuſdam tangentis. ſi ergo quis prædictorum philoſophorū quodlibet ſiue qualibet magnitudinem vt corpus aut quātitas ponat eſſe omnino diuiſibile & in puncta diuidi,hæc impoſſibilia contingunt, .ſ.quod ponet pūcta per ſe exiſtere. cum non poſſint. inſuper ſi aliquis diuidens lignum, vel aliqu od aliud corpus & ponit ſingulas partes,tunc omnes partes ſimul ſumptæ ſunt q d æquale,& quaſi quid vnum ſuo toti ſed puncta non poſſunt æquari magnitudini.igitur in ea non poteſt diuidi magnitudo. quapropter ſi corpus diuiſibile ſit,hæc medium ſignū, & quodlibet aliud ſignum,quia poteſt ſcindi lignum ſecundum quodcunque ſignum. ſi ergo ponatur omnino diuiſum,vt poteſtate eſt diuiſibile. quid relinquitur diuiſione facta. ſi dicatur quod eſt paſſio: alij quomodo in paſſiones diſſoluuntur corpora & ex ipſis generantur, aut quomō ſeparabuntur paſſiones a ſubiectis: ergo eſt impoſſibile quod fiat diuiſio in paſsiones.quapropter ſi eſt impoſſibile ex tactibus aut ex pūctis magnitudinē eſſe neceſſe eſt eſſe corpora indiuiſibilia, & magnitudines. ſed ponentibus hoc vt Democrit.nihilominus contingit impoſſibile ſi poſſit diuidi corpus vſq; ad indiuiſibilia corpora.de his autem impoſſibilib.ſequētibus ſeruatum eſt. ſed qđ Democr. quærit tentandum eſt ſoluere.ideo dicendum eſt rurſus & repetendum quæſtionem a principio. ſolutio eſt.oē ſenſibile corpus quodammodo ſecundum quodlibet ſignum diuiſibile eſt, & quodammodo non diuiſibile quidem poteſtate eſt.non autem actu.

Tex. 5. Eſſe autem poteſtate vſque determinatus &c.

NVnc ponit modum & viam Democriti. per quam venabatur corpora eſſe indiuiſibilia,ſ. ex eo qđ non poſſit deinde corpus ſecundum quemlibet punctum continuatum dicens ergo quod Democrit. dicebat

quod

quod necesse erat ponere corpora indiuiſibilia. quia videtur vtique eſſe impoſſibile corpus eſſe ſimul diuiſibile poteſtate omnino. i. ſimpliciter ſecundum omne ſignum, quoniam ſi eſſet hoc poſſibile, quod corpus diuidi poſſet ſecundum omne ſignum tam diuiſiuum quam continuatiuum poſſet fieri poni in eſſe non quod ſimul hic ambo ineſſent corpori actu, quod eſſet indiuiſibile & diuiſum, ſed eſſet diuiſum actu ſecundum quodcunq; ſignum ex quo ponitur potentia ſic diuiſibile. nullum ergo erat reliquũ corpus: erit ergo corpus corruptum & incorruptũ, & generabitur, rurſus ex incorporeo, aut ex punctis, aut omnino ex nihilo: quia quod non eſt continuum, vel eſt incorporeum vel punctus, vel nihil & quia impoſſibile eſt ſecundum talia componi, & diſſolui corpus, impoſſibile eſt corpus diuidi ſecundum quodlibet ſignum cõtinuatiuum. Sed quia credebat Dem. quod quicquid apparet verum eſſe propter hoc quod erat indiuiſibile ſecundum apparentiam, & ſecundum ſenſum ponebat eſſe indiuiſibile ſecundum veritatem: & quia magnitudo diuiditur in ſeparabilia. i. in partes ſeparabiles, & quia pars magnitudinis ſemota, & congregata ſemper diuiditur in minores magnitudines, dicebat materiam eſſe quod ſecundum partem diuiſiuam non erat infinita diuiſio, nec infinita fractura, nec ſimul eſt poſſibile diuidere corpus ſecundum omne ſignum continuatiuum. non. n. eſt poſſibile, ſed eſt poſſibile ipſum diuidere vſq; ad aliquid, & vſque ad partes inuiſibiles inſeparabile & indiuiſibile ſecundum apparentiam & per conſequens indiuiſibiles ſecũdum veritatem. concludebat igitur neceſſe eſſe exiſtere magnitudines indiuiſibiles & inuiſibiles. Et alio modo arguebat Democr. eſſe magnitudines indiuiſibiles, quia ſic ponendo erit generatio & corruptio. quoniam hoc quidem. i. corruptio erit ſegregatione dictorum Philoſophicorum corporum, & hic. i. generatio erit congregatione: & hic erat ſermo Democriti cogens eum ad ponendũ magnitudines indiuiſibiles. & omnes hæ rationes fundantur ſuper hoc quod corpus non eſt diuiſibile ſecundum quodcunque ſignum continuatiuũ. ſoluit deinde ſed primam rationem quæ ducit ad impoſſibile. dicens quod Democrit. latenter eſt paralogizans. ſed nos dicimus quomodo: nam quoniam punctus non eſt puncto vndique continuus, nũquam ſupple diuiſibile diuiditur indiuiſibilia, & pars diuiſibilis non poteſt ſeparari diuiſibili: quoniam hoc eſt quod punctus non continuetur puncto corpus eſſe diuiſibile omnino, i. ſecundum omne ſignum. eſt aũt qualiter exiſtit magnitudinibus eſt aũt qualiter non. i. vnomodo eſt verum, aliomodo falſum. quoniam aũt hoc ponitur. ſ. quod indiuiſibilia poſſint diuidi diuiſibile vt poni quod vndiq; & vbiq; põt eſſe punctus, ita quod punctus puncto continuabitur quapropter neceſsitate diuident magnitudinem in puncta, cum vndique ſit punctũ quapp ex tactibus, & ex punctis neceſſe eſt eſſe lineam, quod eſt inconueniens. oſtendit deinde quomodo poteſt cõcedi corpus eſſe vbique diuiſibile & vbique eſſe punctum dicens, quod vbique exiſtit punctus veritatẽ hẽt, quoniam vtiq; magnitudo eſt vna & con-

tinua, & qm oés púcti ſiue vnuſquiſque punctus continuant lineam ex quo linea eſt vbique continua, vbique neceſſe eſt eſſe punctum. ſed plures puncti non ſunt vna. i. ſimul, quia non ſunt coniuncti quapropter non vbique eſt punctus, cum non ſit coniunctus alteri puncto. nam ſi púctus cum puncto coniunctus eſſet, qua ratione eſſet continuum diuiſibile ſecundum punctum mediū inter duas partes lineę, pari ratione eſſet diuiſibile ſecundum punctum cōtiguum alii puncto: & quia hoc non eſt poſſibile, ideo non eſt ſignum cōtiguum hæc. n. eſt diuiſio aut compoſitio. ſoluit aliam rōnem dicens, quod cōgregatio & ſegregatio. i. compoſitio & diuiſio continui. fieri poteſt, ſed nō in atoma, neq; ex atomis ſecundum veritaté: qm̄ hoc poſito multa cōtingunt inconuenientia. ſi n. púctus eſſet contiguus puncto hoc vtiq; eſſet quod eſſet continuum vbiq; diuiſibile, & fieret diuiſio in minima ſecundum veritatem quod non eſt verum ſed in parua, & minima & ex minimis non ſecundum veritatem, ſed ſecundum apparentiam eſt congregatio & ſegregatio. tertiam ſoluit rōné dicens quod ſimplex & perfecta generatio non determinatur vel diffinitur quantum ad id quod eſt per congregationem & ſegregationem vt q dam volunt, quam falſo exiſtimant alterationem. & hoc eſt in quo falluntantiqui. non eſt generatio & corruptio ſimplex congregatione & ſeparatione: ſed eſt generatio & corruptio cum tranſmutatur hoc totum in hoc totum. Alij autem oém talem trāſmutationé exiſtimabant eſſe alteratio nem. nam generatio, & alteratio biſariam differunt. primo ſubiecto. Qm̄ generationis ſubiectum, materia eſt: alterationis autem ens actu. Secundo. Quoniam generatio ſecundū ſubſtātiam ſumitur: alteratio verò ſecundum qualitates. igitur quæ ſunt congregata leuiter, & ſegregata leuiter mutabilia ſunt. quia quæ de facili diuiduntur de facili corrumpūtur. Qm̄ ſi aqua diuidat in paruiſſimas aquas: citius aqua generatur, & corrumpit, hoc erit magis manifeſtum in ſequétibus. nunc igitur ſit determinatum quod impoſſibile eſt generationem eſſe congregationem, vt quidam dicebant.

Tex. 6. Determinatis. vſque de his autem quantum &c.

Determinat nūc Philoſophus, vt ſupra dicebamus in hoc 3. cap. de generatione ſecundum ſe, ſiue de generatione ſimplici ſecundum propriam ſententiam. deinde de annexis ibi. de generatione. &c. & primo pręmittit quæſtionem hanc vtrum aliqd generetur. dicit ergo quod determinatis his quæ antiqui de generatione ſimplici dixerunt & de aliis motibus. primo videndum eſt vtrum aliquid generatur ſimpliciter & corrūpitur, aut proprie quidem nihil generatur ſimpliciter, ſed oīs generatio eſt ſecūdum quid, & in generatione, non eſt tranſmutatio ex ſimplici in ſimpliciter, ſed ſemper ex aliquo in aliquid; puta ex laborante ſanū, aut laborans ex ſano, aut paruum ex magno aut magnum ex paruo. & oīa alia hoc modo fieri, in quibus eſt ſola generatio quædam & tranſmutatio ſecundum accidentia. arguit deinde ad quæſtionem propoſitā. dicens qd

ſiquidē erit gñ io ſimpl'r, tūc ſimpl'r aliquid generatur ex non ente: quapropter verum erit dicere quod quibuſdam exiſtit tanquam ſubiectum generationis non ens ex quo generantur. quod eſt inconueniēs. qm̄ ſic accepto non ens, non poterit eſſe generationis ſubiectum. quod ſic patet. quia ſicut generatio quædā eſt ex non ente aliquo ſiue ex non ente ſecundum quid, vt ex non albo album aut ex non bono bonum: ſic generatio ſimpliciter erit ex non ente ſimpliciter: & qm̄ hoc eſt inconueniens .ſ. nulla eſt generatio ſimpliciter, ſed ſimpliciter .i. vniuerſaliter. ſ. oīs generatio erit, aut ex non bono, aut ex nō albo, aut ex non ente aliquo, nunquā tñ erit ex non ente ſimpliciter. aliam rōnem dicens, quot modis dicat̄ ſimpliciter cum ſubditur aut. ſ. ſimpliciter vno modo ſignificat ſecundū vnūquodque prædicamētum entis, i. ſubſtantiam: quod eſt principium inter entis prædicamenta. Aliomodo ens ſimpliciter idē eſt quod ens vniuerſale oīa comprehendens. ideo quocunque mō ſumatur ſimpliciter non conuenit ſimpliciter generari. nam ſi ſumitur primo modo: quia ergo generatio ſimpliciter eſt ex nō ente ſimpliciter, generatio ſubſtantiæ erit ex non ſubſtantia: ſed cum non exiſtit ſubſtantia quę eſt ens ſimpliciter: manifeſtum eſt quod non erit hoc. i. nō erit accidens; quia non eſt ens aliqđ, qm̄ non erit nullum aliorum prædicamentorum puta neq; qualitas, neque quantum, neq; locus. ſeparatæ .n. eſſent per ſe paſſiones a ſubſtantijs. eſſet ergo ex nihilo generatio. ſi vero nō ens ſimpliciter idem eſt qđ non ens vniuerſaliter, adhuc ſequit̄ generationem, ex nihilo eſſe quia ſi erit negatio, vniuerſaliter oīum entium neceſſe eſt generatum generari ex nihilo. ſoluit deinde dicens, quod de his determinatum eſt. dicimus vnomodo ex non ente ſimpliciter: nō quidem quod oīno non ſit ens, aliquid ſimpliciter generari, ſed quod non ſit ens actu: Aliomodo ex ſemp ente: ſed poteſtate quidem, non ente autem actu, aliquid ſimpliciter generari dicimus. ideo ipſi antiqui errabant in hoc. ſ. circa inſufficientem diuiſionem. nempe quod non ens ſimpliciter dicitur tripliciter vel nō ens ſubſtantia, vel non ens vniuerſaliter, vel non ens actu. generatio ergo ſimpliciter fit ex non ente ſimpliciter, quia fit ex ente potētia. deinde arguit iterū dicēs qđ determinatis his, hmōi determinatio habet mirabilem quæſtionem. ideo repetendum eſt rurſus quæſtionem a principio: quomodo eſt generatio ſubſtantiæ, quomodo ſimpliciter, ſiue hoc ponatur ex poteſtate ente, ſiue qualiter aliter. quæret .n. aliquis vtrum poſſit ſaluari vtraque generatio. ſ. generatio ſimpliciter vt generatio ſubſtantiæ, & generatio huius, & generatio quanti qualis & vbi, & quod dictum eſt de generatione eodē modo quæreretur & de corruptione. arguit etiam dicens quod ſi generabitur quid. i. ſubſtantia manifeſtum eſt quod ſubiectum generationis, ſiue materia ex qua erit generatio, & in quam neceſſe eſt tranſmutari quod corrumpitur, illa. ſ. huius materia erit aliqua ſubſtantia poteſtate, actu vero non: & cum non ſit actu ſubſtātia: eſt quæſtio vtrum exiſtat actu aliquid aliorum. puta vtrū erit actu quantum, aut quale, aut erit

poteſtate

poteſtate ens. i. ſubſtantia, & poteſtate hoc ens. i. accidens, ſimpliciter aũt actu non erit ens, nec hoc. i. nec ſubſtantia, nec accidens. ſi verò nihil eſt actu, ſed eſt omnia potentia, ergo cõtingit eſſe aliquid ſeparatũ quod nõ ſit ſubſtantia nec accidens, & per cõſequens quod non ſit ens actu quod eſt inconueniens. propterea quod pura potentia non poteſt habere eſſe ſeparatũ, & per ſe exiſtens. ponit aliã rõnem dicens, quod ſi ponitur generationis ſubiectum non eſſe actu ſubſtantiam, nec accidens, incidimus in illud quod maxime primi Philoſophi erant timentes. ſ. generari aliqd ex nullo primo exiſtẽte. i. ex nihilo. ſi autem ponatur generationis ſubiectum eſſe hic aliorum prædicamentorum ita tamen quod non exiſtit aliquid. i. aliqua ſubſtantia, erũt ſicut diximus ſeparatæ paſſiones a ſubſtantijs, quod eſt abſurdum.

Tex. 7. De his autem vſque propter quid autem, &c.

PRoponit hoc in loco philoſoph⁹ quandam quæſtionem, ex qua ſoluitur propoſita, dicens de his tractandum eſt quantum decet. ſed qm̃ ad euidentiam horum, ſpectat exquirere de continuatione generationis: ideo quærendum eſt cauſa ut generatio ſit ſemper tam ſimplex quam ſecundum partem. cur aũt ſit introducta hæc quæſtio eſt hm̃ōi quoniam cauſa generationis eſt duplex, vna q̃ dicimus eſſe principium vnde mot⁹. i. efficiens cauſa: & vna alia talis cã eſt materia. talem autem cauſam cum introducitur dicendum eſt. i. cauſam materialem. rõ autem eſt. quia de illa i. de cã efficiente dictum eſt prius in ſermonibus de motu. qm̃ ibi oſtenſũ eſt hæc mobilia reduci in duo mouẽtia, quorum hoc quidem eſt mobile per omne vt cauſa prima. hoc autem mouetur ſemper vt cœlum. Determinare vero de immobili cã quæ eſt de numero harum dictarum cauſarum: eſt op⁹ alterius philoſophiæ. ſ. primę. Determinare vero de alia cauſa mouente quæ continue mouetur vt de corpore cœleſti, &c. dicendũ eſt poſt hic. ibi. n. dicetur quomodo talis eſt cauſa dictorum ſingularium. i. dictorum generabilium & corruptibiliũ; ideo nunc dicamus cauſam poſitam vel propoſitam vt cauſam continuationis generationis, & dicamus eam vt in materię ſpecie. vt partiali modo tangit materiam ex parte materię q̃ri põt propter quam cauſam generatio & corruptio ſemper ſunt & non deſunt: manifeſtum eſt. n. rationabile hoc quærere: propterea quod eo declarato ſimul forſan fiet manifeſtum de quæſito. nunc quomodo oportebit dicere, & etiam quomodo eſt dicendum vel quomodo eſt rationabilis quæſtio de ſimplici gñone & corruptione manifeſtum erit. habet aũt cauſam ſufficientem, & quæ eſt cauſa, quod generatio multiplicatur, & continuatur & nũquam deficit cum id quod corrumpitur ſecedat ad non ens, id autem quod eſt non ens nihil eſt. cedit. n. id quod corrumpitur in materiam ſiue in eius potentiam. ſi ergo tale ſubiectum quod ponitur nõ ens, nec eſt actu ſubſtantia nec aliud; quoniam nec eſt quale; neq; quantũ, nec vbi. quod. n. corrumpitur ſemp videtur annihilari vt cedat in nõ ens; & ſi per generationem ſemper quod eſt ens ſuccedit, quare non eſt totum

elemen-

elementum principium quod eſt ſu-
biectum generationis;, & quare om-
ne ſiue totum non eſt factum inane,
ſi finitum erat ex quo fit vnumquod-
que generatorũ. deĩde remouet quaſ-
dam ſolutiones dicens quod ſi quis
diceret generationem non deficere,
quia ſubiectum generationis eſt in-
finitum dicens non eſſe bene dictum
quod generatio non deficit propter
infinitum eſſe ſubiectum generatio-
nis ex quo fit generatio. quia eſt hoc
impoſſibile quod aliquod ſit infini-
tum in actu deinde aliam remouet,
quod ſi quis diceret non eſſe infinitũ
actu, ſed potentia & diuiſione dicens
quapropter diceret quis hanc ſo-
lum eſſe generationis cauſam arguẽ
tem ipſam non eſſe deficientem ,
quia ſemper generatur minus, ſem-
per minus ſit continuum nunquam
deficit, ſi ſemper diuidatur in mino-
res & minores partes. At hoc ſenſui
repugnat inquit ipſe, quia nunc non
videmus hic ſupple quia ſemper ge-
neretur minus ſemper minus . ſoluit
ipſe deinde dicens, qa corruptio hu-
ius eſt generatio alterius, & econtra,
ideo necem eſt tranſmutationem eſſe
& generationem continuam & ſine
defectu.. ideo ſubiectum generatio-
nis nunquam deficit ſimpliciter, qm̃
cum amittit vnam formam aliam ac-
quirit: de generatione ergo & corru-
ptione ſemper eſt ſimiliter. i. eodem
modo abſque diſcõtinuatione. Circa
vnumquodq; entium exiſtimandum
eſt hanc eſſe cauſam ſufficientem om
nibus. ſ. generatio vnius eſſe corru-
ptionem alterius. & econtra.

Tex. 8. Propter quid uſque dr̃ aũt hęc.

HIc Philoſophus reſumit quæ-
ſtionem principalem dicẽs ite
rum perſcrutãdum eſt de quęſtione
principali, ſ. propter quid hæc dicũ-
tur generari & corrumpi ſimpliciter
hęc autem non ſimpliciter. nã ſi idẽ
eſt generatio huius & corruptio hu-
ius. & econtra quia corruptio huius
eſt generatio huius, nulla eſt genera
tio ſimpliciter, nec corruptio ſimpli-
citer. ſi vero quis, quærit vtrum con-
tingat eſſe generationem ſimpliciter
quærit rationabilem quæſtionẽ. dein
de dicit, quod conuenit utroque mõ
aliquid generari ſubdens quærendũ
eſſe nunc quomodo dicimus quod
corrumpitur aliquid ſimpliciter ,
& non ſolum hoc. nam hæc eſt gene
ratio ſimplex , hæc autem eſt corru-
ptio ſimplex, hoc autem generatur q
dem ſimpliciter, hoc autem non ſim
pliciter, q. d. vtroq; modo fieri gene-
ratio non ſimpliciter, vt cum dixim⁹
fieri diſcentem dicimus generari , &
fieri hoc, vt fieri ſcientem, non autem
generari ſimpliciter . propter hoc cõ
tingit quod quæritur, videlicet . ali-
qua generari ſimpliciter, aliqua vero
non , qm̃ quemadmodum multotiẽs
determinauimus dicentes, quoniam
hoc ſignificat hoc, ſ. ſubſtantiam, h oc
autem non ſignificat ſubſtantiam, &
quoniam ſubſtantia eſt ens ſimplici-
ter reſpectu accidentis generatio ei⁹
dicitur generatio ſimpliciter . differt
in quod tranſmutatur tranſmutans.
quoniam poſſunt eſſe diuerſæ tranſ-
mutationes. nam ſi fiat tranſmuatio
in ignem erit generatio ſimpliciter ,
erit tamen corruptio aliqua vt puta
terræ, ſi in æſtu ex terra generatur i-
gnis, ſi autem fieret econtra eſſet ge-
neratio non ſimpliciter , ſed aliqua;
quia ergo ſaluauit generationem ſim
pliciter manifeſtat hoc per dictũ Par
menidis

Digitized by Google

menidis dicẽs qđ Parm. dicebat duo eſſe. ſ. ipſum ens: & ipſũ nõ ens: vocauit. n. ignem ens, terram vero nõ ens. hæc quidẽ. ſ. exẽpla ponimus non vt ita ſint: ideo hic talia alia ſupponere nihil differt, ſecundum quod ad præſens ſpectat, quia modum quærimus, & non ſubiectum generationis. deinde dat vniuerſalem modum generationis dicens, quando eſt tranſmutatio in 1. õ ens ſimpliciter eſt corruptio ſimplex, quando autem in ens ſimpliciter eſt generatio ſimplex: ſed quibus eſt determinandũ eſt ens ſimpliciter vtrũ igni, ſiue terræ, ſiue aliquibus aliis nihil refert: ſufficit aũt quod hoc erit ens ſimpliciter, hoc autem non ens, ad hæc ut ſaluetur generatio & corruptio ſimpliciter. vno ergo modo differt generari & corrũpi ſimpliciter, in hoc quod dicimus. Aliomodo differt generari ſimpliciter a ſecundum quid, non ratione materiæ, vt forſan quoniam genitũ magis materiale eſt vt terra, vel formale vt ignis: ſed qualitercunque ſit materia quędam ſiue aliqua alia cuius differentiæ ſignificant magis hoc aliqd i. magis actum, & habitum eſt magis ſubſtantia, ac magis ens, cuius differentiæ rationem ſignificant eſt magis non ens, puta ſi calidum eſt prædicatum aliquid eſt aliquid in actu, & ſpecies & frigiditas eſt priuatio, tunc vnum eſt ens aliud quodammodo nõ ens, vnius erit generatio ſimpliciter alterius ſecundum quid. videtur aũt calidum magis importare habitum, & frigidum priuationem, quia ignis & terra his differentijs differunt. deinde ſecundum aliorum opinionem de generatione ſimpliciter determinat dicens quod multis videtur differre generationem ſimpliciter, & ſecundum quid per ſenſatum & non ſenſatum, vt quando aliquid tranſmutatur in rem ſenſibilem & materialem; dicunt eam ſimpliciter generari: quãdo autem tranſmutatur in rem non manifeſtam ſenſui dicunt eam corrũpi ſimpliciter, ens. n. & non ens determinant in ſentire & non ſentire. credebant intellectum eſſe ſenſum, pp quod quemadmodum ſcibile eſt ens ignotum autem non ens, quia quod non eſt ſcibile non eſt ens, & quanto magis eſt ens magis eſt ſcibile, ita credebant quod quanto magis eſſet ſenſibile magis eſſet ens: quoniam exiſtimabant ſenſum habere virtutem ſciẽtiæ: immo ſicut exiſtimabant animal poſſe viuere, & poſſe eſſe in *ſentire*, eo quod ſentiebãt; ita & res credebãt eſſe ex eo quod ſentiebant, propter quod non ſenſibilia non reputabant entia, ſicut non ſentientia non ſunt animalia: & hoc modo per ſenſum veritatem inquirebãt. improbat hoc dicens, quod dicentes id non contingit verum dicere. Nam ſecundum opinionẽ veram & ſecundum ueritatem aliter generari & corrumpi ſimpliciter contingit quàm ipſi dicunt ſpiritus. n i. res ſubtiles & aer ſecundum ſenſum ſunt minus quã res groſſæ. ideo iuxta eorum opinionem, quæcunq; corrumpuntur in hac trãſmutatione. i. in talia non ſenſibilia, videntur corrumpi ſimpliciter, quãdo autem mutãtur in tangibile, vt in terram generari dicũtur ſimpliciter: ſed ſecundum veram opinionẽ hæ res inſenſibiles & ſubtiles ſunt magis hoc aliquid completum, & ſpẽs quam terra. Epilogat deinde dicens, quod dicta eſt cauſa, quare contingit

hanc

hanc quidem generationem ſimplicem eſſe corruptionem alicuius, & entem ſimplicem corruptionem generationem eſſe aliter. nam vt patet ex dictis, vno modo eſt generatio ſimpliciter propter differentiam materialem, vt cum generatur ignis q̃ eſt immaterialior terre, aut ſecundo modo hoc contingit, quia hoc quod generatur eſt ſubſtantia. aliud vero ſupple accidens eſt, aut quia hoc eſt magis habitus, illud vero eſt magis priuatio, & hi tres modi ſunt ſecundũ veritatem.

Tex. 9. Dicuntur autem hęc. vſque de generatione autem & alteratione.

Aliam quæſtionem, ac à præmiſſa differẽte proponit Ariſt. ſoluit deinde dicẽs, ergo quod hæc quidem dñr generari ſimpliciter: hæc autem aliquid ſolũ non comparando generationes eorum ad ſe inuicem, ſed ſupple abſolute ſecundum quẽ modum nũc dicimus. cãm huius differentiæ aſſignat dicens, quod nunc determinatum eſt quare omni generatione ente corruptione alterius, & oĩ corruptione ente alterius generatione, in his quæ ſunt adinuicẽ tranſmutationibus non attribuimus generari ſimpliciter, nec corrumpi, ita qđ generatio ſimpliciter ſit corruptio ſimpliciter & econtra, immo generatio ſimpliciter eſt corruptio ſecundũ quid & econtra. Ideo hæc quæſtio q̃ nunc dicetur non quæret de generatione ſimpliciter in his quæ tranſmutantur ad ſe inuicem in quibus non reperitur generatio ſimpliciter abſolute loquendo, ſed comparatiue: ſed quæſtio noſtra abſolute quæret de generatione ſimpliciter, vt puta quare addiſcens non dicitur ſimpliciter generari, ſed generari aliquid, vt generari ſciens, & diſciplinatum, ſed planta & vniuerſaliter omnis ſubſtãtia poteſt dici generari ſimpliciter. ſoluit deinde hanc dicens quod hæc ex quibus dependet ſolutio huius q̃ſtionis determinata ſunt in prædicamentis. ibi. n. dictum eſt quod hic ſignificat hoc aliquid ſubſtantiam hic autem quale, hic autem quantum, q̃cunque ergo non ſignificant ſubſtantiam non dicuntur generari ſimpliciter, ſed generari & fieri aliquid. ſed tñ accipiendo ſimpliciter nõ abſolute ſed cõparatiue, ſic in oĩbus generibus reperitur ſimpliciter generatio, puta in ſubſtantia, erit generatio ſimpliciter ſi generetur ignis, ſed non ſi terra, in qualitate aũt ſimpliciter generabitur ſi fiat ſciens diſciplinatum, ſed non erit generatio ſimpliciter q̃ñ fit neſciens indiſciplinatum. deinde quaſi epilogans dicens quod de generari quomodo hoc quidem generatur ſimpliciter, hoc quidem ſecundum quid, dictum eſt, & etiam dictũ eſt vniuerſaliter in ipſis ſubſtantiis, quando eſt generatio ſimpliciter, & quando ſecundum quid: & cum hoc dictum eſt quę eſt cauſa continuæ generationis, qm̃ id quod eſt vt materia, & ſubiectum eſt ſemper tranſmutatiuum in contraria, ita quod quando amittit vnum contrariorum efficit ſub reliquo, propter quod in ſubſtantijs ſemper vnius generatio eſt corruptio alterius, & econtra. deinde alias quæſtiones annexas dicens eſt quæſtio, quare ſemper generatur aliquid ex aliis corruptis. ſoluit dicens quod quemadmodum corrumpitur hic ſimpliciter, vt multi inquiunt q̃ñ

venit ad aliquid, quod eſt ſenſibile, quod ſecundum eos non ens eſt, ita qm̃ vbi terminatur corruptio ibi incipit generatio, oportet quod generari ſit, vt dicunt ex non ente, & ex inſenſibili, ſiue ergo aliquo ente ſubſtãtia generationis ſiue non.q.d.qđ quicquid de generationis ſubiecto generatur ſemper aliquid ex non ente, quia & ſimile eſt de principio generationis, & termino corruptionis. ſimiliter & generatur aliquid ex non ente & corrumpitur in non ens.deinde infert corollarium dicens, quod merito nunquam deficit generatio, quia generatio entis eſt corruptio nõ entis, & corruptio entis generatio nõ entis, ſemper poterit generatio continuari.deinde de generationis ſubiecto quæſtionem mouet dicens, qđ quæret aliquis, an quod ponitur generationis ſubiectum, & dicitur non ens ſimpliciter, vtrum ſit aliquid contrariorum, nempe vtrũ ſit terra, qđ eſt quid graue & nõ ens, vel ſit ignis quod eſt leue & ens. ſoluit dicẽs aut non.i.materia & generationis ſubiectum non eſt aliquod prædictorum, quia non ſolum ignis, ſed etiam ipſa terra abſolute loquendo eſt ens; aliã mouet quęſtionem dicens ppea qđ conceſſo quod materia non eſt aliqd contrariorum, ſ.non ignis, non terra, quærit an ſit alia materia vtriuſque, & non eſſe eandem materiã, quia non generarentur ex ſeinuicem nec eſſet generatio ex contrariis. ſi eſſet alia & alia materia generabilium, & corruptibiliũ, qm̃ vnũ contrariorum non fit aliud, ſed materia quæ eſt ſub vno efficitur ſub alio. & quia his.ſ.terræ, aquæ aeri, & igni exiſtunt contraria & ſimpliciter ex ſeinuicem generantur, vna erit materia eorum & per cõſequens vna materia erit oĩum habẽtium tranſmutationem ad ſeinuicẽ. materia horum eſt quidem qualiter eadem, & qualiter alia, quia quantũ ad eſſentiã, prout eſt aliquid ens, qđ quãdoq; vni cõtrariorum ſubijcitur, quandoque alii eſt idem materiale principium, ſed quantum ad eſſe nõ eſt idem.deinde epilogat vt patet.

Tex. 10. *De generatione vſque de augmentatione*

Determinauit de generatione & corruptione.nunc de alijs motibus ſimplicibus agit Philoſophus dicens, quod ipſe vult explicare de generatione & alteratione ſecũdum quid & qualiter differunt, *quia dicimus* ſecundum has tranſmutationes huiuſmodi eſſe altera. deinde differentiam inter eas aſſignat dicens quod in re tranſmutabili eſt aliquid ſubiectum & aliquid aliud quod eſt paſſio quæ eſt innata dici de ſubiecto, & eſt traſmutatio vtriuſq; eorũ. .ſ. ſubiecti & paſſionis. dat differentiam inter generationem & alterationem dicens, quod tunc eſt alteratio quando manente ſubiecto ſenſibili ente actu tranſmutatur huiuſmodi ſubiectum in eius paſſionib. & hic aut a contrarijs vt ſi a nigro in albũ, aut medijs, vt ſi a fuſco in pallidum, puta corpus eſt ſanum & rurſus poſtea laborat & fit ægrum manens illud idẽ corpus, & metallum qñq; eſt rotundum quandoq; eſt angulare manens idem ens ſecundum ſubſtantiam & ſubiectum.oſtendit quid eſt generatio dicens quod qñ totum tranſmutatur in totum non manente aliquo ſẽſibili nec eodẽ ſubiecto.i.eadem ſubſtantia

ſtantia,& non ente ſenſibili, & actu, vt ex ſemine totum fit ſanguis,aut ex aqua aer, aut ex aere omni. i. toto fit aqua hic quod eſt totale.i. cauſa huius totalis tranſmutationis eſt generatio huius,corruptio autem huius. nam quotieſcunq; totum tranſmutatur totum poteſt dici generatio ſimpliciter;ſed tunc eſt generatio maxima ſiue manifeſta ſi tranſmutetur ex ſenſibili in aliud ſenſibile puta actu, aut oĩbus aliis ſenſibus puta quando aqua corrumpitur aut generatur in aerem,aer.n.valde inſenſibile. deinde declarat quædam dubia ex his dicens,quod in his generationibus,& corruptionibus dubitaret aliquis ſi paſſio aliqua alicuius contrarietatis manet eadem in generato & corrupto,puta quando ex aere fit aqua,paſſio ſymbola poteſt manere,quia ambo ſit diaphana vel frigida,nõ oportet huiuſmodi in quod tranſmutatur eſſe alterum.i.alteratum quantum ad paſſionem ſymbolam deinde oſtendit eſſe contra rationem generationis,idem manere ſubiectum dicens, quod licet non videatur contra ratio nem generationis manere eandem paſſionem,eſt tñ contra rationẽ eius manere idem ſubiectum, quia ſi non eſſet tranſmutatio ſecundũ ſubſtantiam & ſubiectum erit alteratio nõ generatio.v.g.muſicus homo cor ruptus eſt, homo aũt immuſicus generatus eſt:in hac aũt traſmutatione manet idẽ ſubiectũ. Si ergo muſica, & ĩmuſica ſcdm ſe non eẽt paſſio huius hoĩs, ſed econtra eſſet,homo eſſet paſſio muſici cum ex immuſico fieret muſicus,eſſet ſimpliciter, generatio quidem huius muſici, corruptio autem huius immuſici.nã in hac generatione maneret homo, qđ ponit eſſe paſſio, & non maneret muſicus, quod ponitur eſſe ſubiectum,verum quia ſecundum veritatem,homo nõ ſe habet vt paſſio, ſed vt ſubiectum, quia hæc.ſ.muſica eſt paſſio hominis ideo hominis muſici, & hominis immuſici:non eſt generatio ſimpliciter, ſed generatio quædam & corruptio quædam.quod patet quia nõ iſta eſt, quod muſica ſe habet vt paſſio & manente ſubiecto ſit tale tranſmutatio, ideo ſecundum talia eſt alteratio non generatio.oſtendit per hanc differentiam generationem differre ab alijs motibus dicens, quod quãdo eſt trãſmutatio contrarietatis ſecundũ quantum,quia acquiritur contraria quantitas, tunc eſt augmentatio & diminutio: quando vero ſecundum locũ dicitur latio,ſiue loci mutatio, quando aũt ſecundum paſſionem & qualitatem dicitur alteratio, ſed quando nihil manet & fit reſolutio ſecundũ formam ſubſtantialem, & non manet idem ſubiectum, ſed factum eſt alterum,& diuerſum; cuius ſubiecti paſſio,& accidẽs eſt generatio & cor ruptio vniuerſaliter.ſiue ſimpliciter. ſed nota quod ad hoc quod ſit generatio non ſufficit quod fiat tranſmutatio in ipſis accidentibus vel in paſſionibus:ſed oportet eſſe tranſmutationem in ipſo ſubiecto,cuius ſunt accidentia vel paſſiones. ſeparat generationem ab aliis motibus dicens,qđ etiam differt ratione ſubiecti, quia maxime & proprie quidem ſubiectũ ſuſceptibile generationis, & corruptionis eſt hyle.in alijs autem tranſmutationibus non eſt hyle ſubiectũ proprie,ſed aliquo modo. quoniam omnia ſubiecta aliarum tranſmuta-

tionum ſunt ſuſceptibilia aliquarum contrarietatum. deinde epilogat. q̄d de generatione (dicens) ſiue eſt ſiue non eſt, & quomodo eſt, & de alteratione ſit hoc modo determinatum.

Tex. 11. De augmentatione vſque circa quid.

NVnc philoſophus determinat de augmento dicens, reliquum eſt dicere de augmentatione. & dicetur quomodo differt a generatione & alteratione: & etiam dicetur quomodo augmentatur vnumquodque quod augmentatur, & quomodo diminuuntur quæ diminuuntur. deinde exequitur dicens, primo ſcrutandum eſt; vtrum horum motuum ſit ſolum differentia eorum adinuicem quantum ad genera, ſiue quantū, ad prædicamenta circa quæ fiūt. etenim huiuſmodi motus verſari circa diuerſa genera non eſt dubium: v. g. q̄m tranſmutatio quæ eſt ex hoc in hoc, ſiue ex ſubſtantia in ſubſtantiam vt ex potentia ſubſtantia in actu ſubſtātiam eſt generatio: quæ eſt circa magnitudinem augmentatio; quæ eſt circa paſſionem, i. circa qualitatem alteratio. tranſmutatio. n. vtrorumq; dictorum: ſ. tam alterationis quàm augmenti eſt ex potentia entium in actu, omnis. n. motus eſt ex potentia in actum, cum ſemper motum mobile acquirat aliquid quod non habebat actu, erat tamen in poteſtate ad illud habendum. aliam differētiam ponit. quoniam augmentum non ſolū differt a generatione & alteratione rōne generationis circa quod eſt, vt circa quantitatem, generatio verò circa ſubſtantiam, alteratio verò circa qualitatem, ſed ēt ſecundum tranſmutationem localem. nam modus tranſmutationis augmenti differt a modo tranſmutationis generationis & alterationis: q̄a illud quod alteratur non de neceſſitate tranſmutatur ſecundū locum, neq; quod generatur neceſſe eſt quod tranſmutetur ſecundum locum. Sed quod tranſmutatur aut diminuitur de neceſſitate tranſmutat locum. deinde ſeparat augmenti motū a motu locali dicens, quod augmentum mutat locū, ſed hoc eſt alio modo ab eo quod fertur localiter. propterea quod id quod fertur, tranſmutatur ſecundum vniuerſum locū. ſed quod augetur non mutat totum locum: quia non mutat locum ſecundum totum, ſed ſecundum partem: ſic etiam quod augetur ſecundū partem mutat locum prout occupat maiorem locum. deinde oſtendit augmētum non tranſmutare locum ſicut facit ſphæra dicēs, quod particulæ augmenti non tranſmutant locum cum ſint ſicut particulæ quæ ſunt ſphæræ: quia in motu ſphærico manente toto in ſimili loco. ſ. in loco æquali & eodem; hæ. ſ. particulæ ſphæræ tranſmutantur ſecundum locum: augmentatum. n. & diminutum nunquam eſt in loco ſimili vel æquali; ſed partes q̄ ſunt eius quod augetur ſunt in locū plenum occupando maiorem locū, pars autem quæ eius quod diminuitur in minorem. epilogat, deinde dicens, manifeſtum eſt quod tranſmutatio eius quod generatur & alteratur & augmentatur, nō ſolum differt in generib. circa quæ ſunt tales motus, nempe quia augmentum eſt circa quantitatem & non aliæ tranſmutationes; ſed etiam differt in ſitu, i. in modo tranſmutationis localis: quoniam

niam augmenta de neceſſitate tranſmutant locum, non tamen eſt ita de generato & alterato.

Tex. 12. Circa quid. uſque ſed neque puncta, &c.

NVnc Philoſophus vult oſtendere circa quid & qualiter habet eſſe augmentum dicens, dicendum eſt circa quid eſt tranſmutatio augmentationis. nam augeri & diminui videntur eſſe circa magnitudinem: ideo ſuſcipiendum eſt qualiter circa magnitudinem talia contingãt. deinde exequitur de inteto dicens quod quærendum eſt an corpus & magnitudo generari poſſit ex magnitudine & corpore in potentia non in actu, ſed actu erit incorporeum & ſine magnitudine: & ſi ex corporeo: an illud corporeum ex quo fiant, ſit a materia & ſubiecto ſeiunctum, an ne potius materiæ coniunctum. improbat vtrũque. dicens, quod aut impoſſibile eſt vtrunq; ſ. materiam eſſe ſeparatam & loco & eſſe: quia ſi eſt ens. ideſt exiſtens ſeparata loco a corpore, tũc nullum poſſidebit locum, erit ergo, vel ſicut aliquis punctus vel ſicut vacuum ſiue ſicut corpus inſenſatum, hæc duo n. idem ſunt: vel erit ſicut corpus inſenſatum. i. ſicut corpus nõ occupans locum: hic autem horum dictorum quodcunq; ponatur non contingit rationabiliter ponere. nam materia & ſubiectum ex quo generatur aliquid neceſſe eſt eſſe in aliquo loco In eodem. n. loco in quo erat id quod eſt corruptum eſt poſtea id qđ eſt generatum, & quia quod generatur ex eo. ſ. ſubiecto aliquo ſemper eſt alicubi, quapropter & illud ex quo fit generatio vel ſecundum eſſe vel ſecundum accidens, ſ. neceſſe eſt eſſe alicubi. ſed materia ſi poneretur ſeparata a magnitudine & poneretur per ſe exiſtere non eſſet in loco, nec per ſe nec per accidens, ergo nihil poteſt fieri: quia tunc ex ea factum nihil eſſet improbat aliud membrum dicens, quod ſi diceretur quod materia eſt in aliquo corpore, & non eſt ſeparata loco, ſed exiſtit ſiquidem quid ſeparatum. ſ. ſecundum eſſe, ita vt nullius corporis ſit aliquid per ſe nec p accidens, tunc contingunt multa impoſſibilia, quæ ſunt hæc. v. g. ſi generabitur aer ex aqua non aqua erit trãſmutata. quod eſt primum inconueniens. cum generõ vnius eſt corruptio alterius, &c. ſecundum inconueniens eſt. quod propterea quia ponitur, quod vt aqua eſt in vaſe, ſic materia eſt eius in quo eſt, nihil prohibet infinitas materias eſſe in aliquo, vt infinitas materias eſſe in aqua & ita in eodem vaſe. & quia ſemper ex materia poteſt aliquid generari, infinita actu poſſent generari ex ipſa aqua in qua eſſent infinitæ materiæ quod eſt abſurdum. Tertium inconueniens. quia repugnat apparentibus. non. n. videt generari aer ex aqua vt exitus a manente, immo non ex aqua manẽte, ſed ex aqua tranſmutata & corrupta eſt aer generatus. concludit deinde dic. quod inter omnia melius eſt facere materiam eſſe, inſeparatam a corpore & a magnitudine, & facere eam non entem eandem, & vnam numero per eſſentiam, ratione autem, ideſt, ſecundum formam & eſſe debemus eã facere non vnam.

Tex. 13. Sed neque: vſque ſuſcipiendum vtique magis, &c.

OStendit materiam non eſſe, q̃d indiuiſibile negatiue dicẽs, ſed neque ponendum eſt materiã eſſe pũctos, neque eſſe lineas corporis propter eaſdẽ cauſas. ſ. quas dicimus ſuperius: ſed eſt illud cuius lineæ & pũcti ſunt vltima, & termini: & quoniã terminabile a ſuo termino non ſeparatur cum materia finiatur per puncta lineas formas & paſſiones, ſicut nunquam eſt materia ſine pũctis & ſine lineis vel ſine magnitudine: ita nunquam eſt poſſibile eam eſſe neque ſine paſſione neque ſine forma. oſtendit deinde materiam non eſſe quid indiuiſibile negatiue dicens cum quidquid fit, fit a ſibi conueniẽti aliquo modo: iõ cũ generatur alterum ex altero ſimpliciter, ac generatur ab alio ente actu, vel generatur ab eo quod eſt actu homogeneos. i. eiuſdem generis, vel ab eo quod eſt actu homoideos. i. eiuſdẽ ſpeciei. v. g. generatur ignis ab igne, & homo ab homine: ſed aliquando g̃natio eſt ab actu ſecundum idem genus, vt durum generatur a non duro. deinde oſtendit eandem eſſe materiam augmenti & generationis naturalis. ſic inferens. augmentum videtur reſpicere corpus & quantum ſecundum ſe. generatio vero reſpicit corpus in eo quod natulale, ſed idẽ eſt corpus & corpus naturale. ergo eadem erit materia ſubſtantiæ corporeæ, & ſubſtãtiæ talis corporis. ſ. naturalis, & ſi eſt eadem materia horum, eadem erit materia paſſionis corporis paſſionati ſiue corporis naturalis per conſequens g̃nonis q̃ reſpicit corpus tale & magnitudinis ſeu augmentationis q̃ reſpicit corpus magnũ. ergo rõne & intellectu ſepata eſt materia g̃nonis & augmenti. loco autẽ. i. ſubiecto ſiue re non eſt ſeparata, niſi quis poneret paſſiones ſeparabiles a ſubſtãtiis. ergo ſi materia generationis naturalis nunquam eſt ſeparata a magnitudine & corporeitate, & eadem erit materia generationis & augmenti: manifeſtum eſt ex quæſitis, q̃m augmentum non eſt tranſmutatio ex potentia magnitudine, actu autẽ nullã magnitudinem habentem. q̃m ſi hoc eſſet, ſeparatum eſſet quidem quod eſt quid commune. i. ſeparata eſſet materia a corporeitate, quod eſt quid commune. quod eſt abſurdum vt patet ex dictis. inſuper talis tranſmutatio in qua proprium ſubiectũ eſſet ens in potentia nõ corpus in actu, nõ eſſet propria materia augmẽtationis, ſed g̃nionis. augmentatio. n. eſt exiſtens additamentum magnitudinis, & diminutio eſt minoramentum, iõ oportet habere aliquam magnitudinem, quod augetur & quod auget, quapropter non ſine materia cũ magnitudine oportet eſſe augmentum, & ẽt dr̃ eſſe materia in actu. i. ſecũdũ actum magnitudinis. aliter. n. magis eſſet generatio corporis, non augmẽtatio. quod autem videatur ſibi contradicere philoſophus eo quod dixerat quod materia generationis nõ ſeparatur a magnitudine, hic verò videtur innuere quod in augmento materia non ſeparatur a magnitudine, in generatione autem non ſic: dicitur quod tam in augmento quam in generatione ſemper materia eſt magnitudini coniuncta; ſed in augmentatione videtur eſſe per ſe, in generatione autem, per accidens.

Tex.

Tex. 14. Suſcipiendum vtique. vſque Quoniam autem eſt.

INtendit nunc inquirere quæ vñr reſpicere augmentum ſpecialiter poſt cõiter dicens, quod ſuſcipiendum eſt vtique quaſi magis ſpecialiter tangentes quæſtionem a principio. nam quia aliquo adueniente fit augmentum, & recedente diminutio idcirco quæramus cauſas & rõnes de illo aliquo quo contingit augeri & diminui, cuius & qualis ſit entis. i.entitatis.vtrum.ſ. ſit corpus vel incoporeum.primo cauſas & rõnes augmenti venatur dicens vna conditio, quæ requiritur ad augmentum eſt: quia videtur eius quod augetur quęcunq; pars eſſe aucta, & ĩ diminutione ſimiliter quælibet pars vr̃ eſſe generata minor. præterea alia conditio quæ requiritur ad augmẽtum eſt aliquo adueniente augmentari, & aliquo recedente diminui. deinde arguit contra prædicta dicens, quod ſi fit augmentum aliquo aduenie͂te neceſſe eſt augmẽtari aut corporeo aut incorporeo.illud.n.adueniens vel erit corpus vel non corpus.deinde vtrumq; deſtruit membrũ dicens, qđ ſi fiat augmentum adueniente incorporeo,quia ſemper fit augmentũ adueniente materia quæ ſupponitur in omni tranſmutatione,ſequetur ergo ipſum materiale elementum qđ eſt quid cõe omnibus generabilib. eſſe ſeparatum a corporeitate, ſed queadmodum dictum eſt prius.impoſſibile eſt materiam eſſe ſeparabilẽ a corporeitate & magnitudine. ſtantibus his,duo corpora eruntin eodem loco quod augetur & quod auget. Sed hoc eſt impoſſibile duo corpora eſſe ſimul.deinde quandam remouet cauillationem dicens,quod non cõtingit ſic dicere,ſic generari & fieri augmentum & diminutionem ſicut quidam dicebat:ſ.quod cum ex aqua fit aer factum eſt augmentum, quia tũc maior tumor eſt generatus. deinde hoc deſtruit dicens quod prædicta tranſmutatio non eſt augmentatio, nec aeris nec aquę, ſed eſt generatio eius in quod tranſmutatur.ſ.aeris, & ens corruptio contrarij. i. aquæ quæ tranſmutatur in aerem,augmentatio tñ erit neutrius.deinde oſtendit non eſſe augmentum eius quod eſt vtriq; cõe dicens cum augmẽtatum debeat manere & eſſe in tota tranſmutatione,ergo cum ex aqua fit aer, aqua nõ põt eſſe aucta: quia non manet, nec eſt in fine trãſmutationis nec aer eſt auctus: quia ſolum incipit eſſe in fine tranſmutationis, aut ergo nullius eſt augmẽtatio,aut ſi volumus aliquo mõ ſaluare augmẽtũ dicemus quod aliquid exiſtit cõe amborum, eius.ſ. quod generatur, & eius quod corrũpitur.v.g.ſi corpus vel ſi materia eſt huius cõe id forte dicetur auctum, aqua ergo non eſt aucta: quia deperiit,nec eſt aer qui eſt generatus.ſi qđ ergo auctum eſt corpus, aut materia quæ eſt quid cõe prædictis videtur auctum,ſed & hoc eſt impoſſibile, licet quandam habeat apparentiá: qa oportet ſaluare rõne & exiſtentia ſubſtantiam eius quod augetur & diminuitur, ſed ſubiecta materia non manet eadem ſecundum exiſtentiam & rationem.i.ſecundum eſſe & diffinitionem in aqua corrupta & in aere generato, ideo non competit ei augeri. deinde conditiones augmenti oſtendit dicens,quod hæc tria ſunt

quæ

quæ requirunt ad augmentum, quorum vnum eſt, quãcunque partem eius magnitudinis quod augetur eſſe auctam & eſſe maiorem. v.g. ſi caro ſit aucta quęlibet pars carnis debet eſſe aucta. Secunda conditio augmẽti eſt, quod adueniente alio fiat augmentum. Tertium quod ſaluetur & maneat quod augetur. cum.n. aliqd generatur ſimpliciter aut corrumpitur non manet, cum autem alteratur aut augetur aut minuitur manet idẽ quod augetur aut alteratur, ſed tamẽ non manet eadem paſſio, nec eadem magnitudo, manet, n. quod alteratur, ſed mutat paſſionem & qualitatẽ procedendo ab vno in aliam, ſicut augmentatum mutatur ſecundum quantitatem procedendo a minori in maiorem. ſi ergo erit prædicta poſitio vera vt dicamus fieri augmentum cũ ex aqua fit aer qui eſt rarior & fieri diminutionem cum ex aere fit aqua quæ eſt denſior, non ſaluabunt cõdõnes augmẽti: qa vt patet ponẽdo hoc contingit augmentatio nullo adueniente; & continget aliquid diminui nullo recedente. ſed oportet ſaluare has conditiones. ſubiecta. n. eſt. i. ſuppoſita eſt augmentatio eſſe talis.

Ponit deinde quæſtionem quandam dicens quæret aliquis quid eſt quod augetur, vtrum augeatur id cui aliquid apponit. v. g. ſi augetur crus hic eſt, quod efficitur maius, & cui aliquid apponitur an ſupple augetur id quod auget. quod autem auget eſt cibus, & quare non ambo dicuntur aucta, totum. n. videtur maius quod apponitur, & cui apponitur, i. cibus & crus, quemadmodum quando miſcens vinum aquæ vtrumque videtur ſimiliter auctum, & eſſe plus. deinde ſoluit dicens, quod aut ſupple quod augmentatur crus cui apponitur aliquid vt cibus qui apponitur: & ratio eſt, quia manet ſubſtantia huius, huius aũt non manet ſubſtantia: v. g. cibi non manet ſubſtantia, ſicut ergo in mixtione dominans dicitur augeri, ita & hic: crus. n. quod dominatur & conuertit cibum ad naturam ſuã eſt id quod augetur. ſi igitur miſceatur aqua cum vino & vinum conuertat ad ſe aquam, vinum dicetur auctum quoniam manet, quia facit vini opus, ſed illa vniuerſa mixtura aquæ & vini non dicetur aucta; non .n. eſt aucta aqua & vinũ, ſed ſolũ vinum, cum ſolum cum ponitur faciat vini opus, & non aquæ. ſimiliter & in alteratione: quia manet caro ens; & quod eſt aliquid permanens, paſſio autem aliqua de numero eorum accidentium ſecundum ſe, quæ paſſio non exiſtebat prius, ideo alteratum .ſ. eſt hic. i. alteratum eſt ſubiectum, quod manet non paſſio ſupple quæ eſt de nouo introducta, & non manet. hoc idem manifeſtat de principio alterato diſtinguendo dicens, id quod alteratum eſt hic tale principium alteratiuũ, q̃nque quidem nihil eſt paſſum, neque alterata eſt ſubſtãtia eius. i. vnum principium effectiuũ alterationis eſt alterans inalteratum, vt puta anima vegetatiua aliud alterans alteratum vt cibus, vnde ſubdit, quod quandoq;, & illud quod alterat, alteratur, alterans ergo primum quod eſt principium motus vt aĩa vegetatiua eſt in ea quod augetur & alteratur: ſed in his. ſ. in alterantibus alteratis, ideo eſt mouens quoniam eſt ingrediens, ideo. n. cibus alterat, quia ingreditur membrũ & tranſit in

ſubſtantiam eius, quia ſi cibus eſſet accipiens id corpus ad id quod trahitur, generaretur vtiq; magis. v.g. ſi cibus ingrediens accipiat illam ſpém, & illam formam carnis adquam ingreditur, & hoc patiens corrũpitur: eſſe idem. ſ. magis gñatio quam augmentum, &c.

Tex. 15. Quoniam autem. vſque. Quæret autem aliquis.

VEnatus eſt augmenti conditiones: nunc veritatem determinare intendit dicens, quoniam quæſitũ eſt ſufficiẽter de his quæ requirũtur ad augmentum, nunc oportet tentare inuenire quæſtionis ſolutionem. ſed quia quædam conditiones augmenti requiruntur ad augmentũ tanquam ſaluanda, quædam vero tanq̃ vitanda. ideo tria ſunt ſaluanda dicẽs Primo, vt maneat id quod augetur. Secundo quod augeri fiat aliquo adueniente, & diminui aliquo recedente, ad hoc autem ſaluandum eſt tertium quod quælibet pars aucti ſit aucta & diminuta, ita quod augmentũ ſit generatum maius ſecũdum quod cunque ſignum ſenſatum. i. ſecundũ quamcunq; formalem partem & diminutum ſit generatum minus. conditiones autem vitandæ ſunt tres. Primo quod non ſit vacuum corpus. Secundo, quod non ſint duæ magnitudines in eodẽ loco. Tertio, quod non contingat augeri adueniente incorporeo. deinde dat modum augendi ſaluans illas conditiones dicens, qđ ſuſcipiendum eſt quomodo pñt ſaluari tactę conditiones, ſed antequam hoc fiat determinemus prius vnumquodq; quomodo augetur. nam anomiomera. i. corpora diſſimilium partium augentur cum augent̃ omiomera. i. corpora ſimilium partium, vnũquodq;. n. diſſimilium partium componitur ex his quæ ſunt ſimiliũ partium. manus. n. quæ eſt diſſimilium partium, componitur ex his quæ ſũt ſimilium partium: puta carnibus oſſibus & neruis. & c. deinde dat quandã diſtinctionem dicens, quod caro, & os, & vnaquæque talium partium ex quibus animal componitur eſt dupliciter. ſ. ſecundum ſpeciem, & ſecundum materiam: quia quemadmodũ diſtinguendum eſt in alijs rebus materialibus quoniam vnumquodque aliorum habentium ſpeciem & materiam poteſt diſtingui hoc ſecũdum ſpeciem, & ſecundũ materiam, & vinum ſecundum ſpém, & ſecundum materiam: & ſic caro & os diſtinguẽda ſunt. eſt. n. caro materia & caro ſpecies. & os materia & os ſpecies igitur qualemcunq; partem talium corporum augeri adueniente aliquo eſt cõtingens & eſt verũ ſecundum ſpeciẽ; Sed non eſt uerum ſecundum materiam. deinde oſtẽditur quomodo poſſit ſaluari & manere idem quod augetur, & quod minuitur idem ſecundum formam non ſecundum materiã dicens oportet ſic intelligere augmentum quemadmodum ſi aliquis menſuraret aquam eadem menſura, puta eodem vtre: quia ſi ab eodem vtre flueret & refflueret aqua, ſemper aliud & aliud ageretur, quia ſemper alia & alia aqua reflueret & flueret, ſed ſupple nunc continens aquas ſẽper maneret idẽ. ſic vtiq; cũ augmentatur aliquid materia carnis fluit & refluit, ſed continens huiuſmodi materiam ſemper manet idem ideo dicit, quod cuiuſcunque partium ſecundum formam aggeneratur aliqđ

ſed partes ſecundum materiam hæc quidem defluit, hęc autem aduenit, ita quod materia non manet, ſed defluit & aduenit, forma autem ſupple manet & cuiuſcunque particulę ſpeciei, & ſint aliquid aggeneratum manet. ergo id quod augetur manet ſecundum formam, non ſecundum materiam. deinde ſubdit dicens, quod videre quomodo quælibet pars aucti eſt aucta manifeſtum eſt magis ĩ anomiomeris.i. diſſimilium partium v.g. in manu videtur quod organum proportionabiliter eſt auctum: quia proportionaliter quilibet digitus, vel quælibet pars manus augetur, qđ non eſſet niſi ad quamlibet partẽ trãſmitteretur alimentum, & quælibet pars eſſet aucta. oſtendit hoc exemplum eſſe idoneum dicens, quod materia quæ eſt alia ens & differẽs a ſpecie eſt magis manifeſta hic. ſ. in manu, quam in carne & aliis omiomeris.i. partium ſimilium. & ideo mortui magis videntur eſſe caro & os, q̃ manus & brachium. concludit ergo quamcunque partem carnis eſſe auctam, & quodcunque ſignum eſſe auctum. eſt.n. vt ſic, eſt.n. vt non: quia ſecundum ſpeciem vnicuique parti aliquid aduenit & quælibet pars eſt aucta: ſed ſecundum materiam non. deinde oſtendit quomodo adueniente aliquo fit augmentum dicens, totum membrum generari maius adueniente aliquo quod vocatur cibus, & huiuſmodi cibus in principio eſt contrarius ipſi membro, membro dico tranſmutante ipſum cibum in ſpeciẽ eandem.i. propriam: quoniã trahit ipſum ad materiã ſuã. v.g. ſi mẽbro ſicco adueniat alimentum humidum cum tale aduenerit, tali membro ſicco tranſmutatur in naturam membri, & generatur, & efficitur ſiccum quod prius erat humidum & ſic ſoluta eſt antiquorum quæſtio. quã reputabant difficilem. vtrum augeretur aliquid per ſimile uel diſſimile. quoniam vnomodo augetur ſimile a ſimili, aliomodo a diſſimili. alimẽtum .n. per quod fit augmentum eſt diſſimile in principio & ſimile in fine. quare &c.

Tex. 16. Quæret autem, & vſque. Quoniam autem oportet &c.

HOc in loco mouet Philoſophus quaſdam quæſtiones circa alimentum & alitum dicens, quod quæret quis quale oportet eſſe quo augetur.i. alimentum quo aliquid auget: ſoluit dicens, quod alimẽtũ eſt potentia id quod auget. v.g. ſi caro eſt illud quod augetur per alimentum, oportet qđ alimẽtũ ſit in potentia caro, actu vero aliud, quia corrupto alimento generatũ eſt caro. in augmento hoc ipſum alimentum non cõuertitur (ſecundum ſe exiſtens) in carnẽ: qa eſſet gñatio tunc non autẽ augmẽtatio. Sed quod augetur eſt hoc ſupple, quod in ſe manet, & cõuertit ad ſe alimentum. oſtendit deinde quod membrum patitur a cibo dicens, qđ auctum.i. membrum quod augetur eſt patiens ab hoc.i. ab alimento, & patitur mixtionem quandam. nam quemadmodum ſi quis vino perfundat aquam, hoc quod mixtum eſt, poteſt facere opera vini, ſed tamen non eſt vinum purum, ſed mixtum: ita alimentum conuerſum in carnem facit carnem mixtam: quia non eſt ut prius pura. ſi verò quæratur quomodo caro poteſt ad ſe conuertere alimentũ,

ſic

ſic reſpondendum eſt quod quemad modum ignis tangens vrenda facit id quod tangit vſtum;ita in eo quod au getur quod eſt actu caro augmentũ, i.alimentum quod aduenit ei facere ipſum actu carnem.alimento dico ad ueniente exiſtente carne potentia:& quia hoc modo membrum patitur a cibo mixtionem quandam :quia ci bus ſimul membro coniũgitur : ideo ait:ſimul ergo ente. ſi. n. alimentum ſeorſum acciperet formam carnis vt ſupra dicebatur, eſſet generatio. eſt itaque vel contingit duobus modis ex lignis facere ignem.vnomodo qđ ad ignem exiſtentem adiungant li-gna,& ſicquidem illud eſt augmen tatio, ſed ſi ipſa ligna per ſe incende rentur eſſet generatio.ſimile eſt de ge neratione & augmentatione, quod nunquam generatur, nec fit quantũ vniuerſale, ſicut nec generatur animal vniuerſale: nec homo nec aliqd aliud ſingularium tal inm quale ſingulare eſt huiuſmodi.ſed ſicut hic.i. in gñone fit vniuerſale, ita illic generatur, quia quãtum ſiue quod eſt q̃tus.deinde comparat augmentum ad nutritionem dicens quod caro & os q̃ ſunt cor pora ſimilium partium,& manus quæ eſt quoddam totum ad horum omiomera.i.ad carnem,& os & corpora;talia autem augentur aliquo quanto adueniente,ſed non carne quanta adueniente in actu.quia ci bus quod auget & eſt caro quanta in potentia,& ſecundum quod potentia vtrunq; auget & nutrit. v. g. nam ſecundum quod eſt caro quanta auget. oportet. n. augmentari carnem quantam ad hoc vt fiat augmentum. ſecundum id autem quod eſt ſolum caro nutrit,& illo modo differunt ci bus & nutrimentum : quoniam alia ratione fit augmẽtum & alia ratione nutrimentum.

Deinde dat quandam differentiam inter augere,& nutrire dicens,quod quouſque diminuitur animal,& etiã quouſque ſaluatur,ſemper nutritur: quia ſemper generatur caro,ſed non ſemper augetur:quia non ſemper ge neratur caro quãta.i.maior.ideo &c. deinde concludit nutrimentum, & augmentum eſſe aliquo modo aliud dicens,quod nutrimentum eſt id idẽ augmentationi: quia idem eſt ſubiectum vtriq; ſecundum rem & eſſentiam,tñ ſecundum rationem & ſecundum eſſe eſt aliud. quia ſecũdum qđ aduenit membro,& eſt caro quanta, potentia eſt augmentum carnis.ſecũ dum verò, quod eſt ſolum potentia caro nutrimentum facit.deinde cãm tam nutrimenti quam augmenti aſſigna dicens, quod hæc cauſa nutrimenti & augumenti eſt forma, & natura carnis ſiue materia:quia ratio & principium huius actionis non debet attribui materiæ, ſed aliqua potẽtia vt eſt immaterialis.i. vt eſt formalis ſiue ipſa forma quæ habet eſſe in materia eſt cauſa huius nutrimenti & augmenti: & quod dictum eſt de carne,dictum eſt de manu & de quocunq; alio organo & membro: propterea quod natura & forma exiſtẽs in tali membro eſt ratio augendi & nutriendi.vnde dicit. quod ſi adueniat membro ſiue carni aliquid qđ eſt ens in materia & ens in potentia reſpectu eius,vt cibus qui eſt caro in potentia,tunc potentia immaterialis .i.formalis ſiue ſpecies, & forma ſic habens virtutem & potentiam qua poſſit facere potentia quantum.i.po-

tentia magnum, vt puta quod poſſit plus conuertere quam fiat deperditio, erunt augmentum, & hæ partes immateriales erũt maiores: quia forma erit in pluri materia. cum aũt non poteſt amplius facere, tũc deficit augmentum, vel etiam deficit animal tãta poteſt eſſe debilitatio virtutis. vnde eſt ſicut aqua vino mixta quæ ſemp amplius mixta in fine facit vinum aquaticum, & quaſi aquam, & tunc quando erit caro aquatica & impura faciet diminutionem quanti: eoquod ceſſabit tempus augmenti cũ nõ poſſit plus reſtaurare quam fiat deperditio, tamen quia non ſtatim cum ceſſat agmentum deficit animal, ideo ſpecies & forma manet, ſed ad vltimum oportet quod totũ fiat aqua & quod animal deficiat.

Tex. 17. Quoniam autem oportet. vſq;. Principium autem accipiamus.

NVnc incipit determinare de alijs motibus annexis ipſi generationi dicens. ergo quoniam autem primum oportet dicere de materia, & de vocatis elementis ſiue ſint huiuſmodi elementa ſiue non, & dato quod ea ſint, oſtendetur vtrum vnum quodq; elementorum ſit ſempiternũ aut generatur aliqualiter vnum ex alio, vtrum eodem modo generent omnia ex ſeinuicem aut eorum elemẽtorum eſt aliquid vnum primũ. neceſſe eſt vtique dicere prius de illis de quibus nunc ab antiquis dicitur indeterminate. i. de mixtione, tactu actione, & paſſione. omnes. n. generantes elementa, & ea quæ ſunt ex elementis utuntur congregatione & ſegregatione, & ita mixtione vtuntur & tactu. deinde oſtendit quod determinare de his deſeruit ipſi generationi ſimpliciter ſumptæ, & primo de mixtione dicens quia cõgregatio eſt mixtura quædam, & ſupple quia ſecundum opinionem antiquorũ, generatio quædam congregatio eſt. vel etiam ſecundum veritatem ad eam pertinent: cum ab alijs in quam ſit de ho c determinatum manifeſtum eſt quod nos debemus, determinare quo modo fiat mixtio. deinde oſtẽdit hoc idem de agere & pati, adde ergo generatio autem fit per hunc modum .ſ. per congregationem & ſegregationem vel ſaltem fit per ipſam alterationem, eo quod non eſt poſſibile generationem realem eſſe niſi præcedat alteratio, cum non ſit poſſibile neq; alterari neq; ſegregari & congregari nullo faciente neq; patiente. facientes ergo plura elementa materialia generant in patiendo & faciendo ad inuicem. igitur ſecũdum huiuſmodi ponentes etiam determinandum eſt. quamuis ergo facientes plura materialia principia ponerẽt actionem & paſſionem, tñ ſi faceremus omnia ex vno principio neceſſe eſſet dicere, actionem & paſſionem eſſe, & ideo Diogenes dicebat, quia ſi non eſſent omnia ex vno materiali prĩcipio nõ eſſet facere & pati adinuicem. v. g. negata vnitate materiæ calidum non infrigidaretur, & rurſus infrigidatum non calefieret: & ratio eſt. quia non tranſmutatur forma in formam. caliditas autem & frigiditas nõ tranſmutantur adinuicem, ita quod vna fiat alia, ſed eſt manifeſtum quoniam eſt dare ſubiectum vtrique formæ ſi ſaluare tranſmutationem volumus. deinde oſtendit quomodo vnitas huiuſmodi. ſ. materialis principij ſe habeat

ad

ad actionem & paſſionem dicens. dicere .n.qđ in quibus eſt agere & pati neceſſe eſt,horum vnam eſſe ſubiectam materiam.verum eſt,ſed dicere omnia eſſe talia & omnia communicare in materia quæ eſt ſubiectū trāſmutationis,non eſt verum.ſed ſolum in quibus eſt verum dicere quod sūt adinuicem tranſmutabilia, eſt dare, vnam talem materiam .& quoniam oportet etiam de tactu determinare ideo dicens quod ſi uidendum eſt de mixtura & facere & pati determinare etiam determinādum eſt de tactu: quoniam non poſſunt bene agentia & patientia facere ꝓprie & pati , qđ non eſt poſſibile tangere adinuicem. rurſus qualiter cōtingit miſceri principaliter & proprie quæ non ſunt tāgentia adinuicem:quapropter de his tribus determinandum eſt , quid ſit tactus,quid mixtura , & quid factio, vel etiam quid paſſio . qm̄ hæc duo idem dicunt.ſ.actio & paſſio.

Tex.18. Principium autem. & ſque.
De facere & pati.

PRimum ergo determinat de tactu dicēs principium accipimus hūc ſ.tractatum de tactu: quoniā hęc q̄ ſunt de numero entiū quib.eſt mixtura neceſſe eſt adinuicem eſſe tangibilia,& ſi hic aliquid agit aut patitur principaliter.i.proprie vel his ſimiliter ſupple ineſt tactus , ergo eſt quid communius:ideo de eo prius eſt dicendum. fere vnumquodq; aliorum nominū dicitur multipliciter : quia quædam omonyme ſiue æquiuoce: quædam vero analogice:quia dicuntur altera ab alteris & prioribus.i.ſecundū prius & poſterius.ſic & de tactu.ſ.dicitur multipliciter.tactus autem ſi ſit quid dictum principaliter exiſtit in habentibus poſitionem, poſitio autem ineſt quibus & locus.ratio eſt quia non poſſunt ſe tangere aliqua niſi ſint in loco,oportet quibus ineſt tactus ineſſe poſitioné: ad hoc magis verificandum dicit quod tactus & locus ita ſe comitantur,quod mathematicis ſimiliter dādum eſt tactum & locum ſiue eſt ſeparatum vnum quodq; eorum ſiue alio modo. ſi ergo ita eſt vt determinatū eſt prius vbi dicimus quod tangere eſt habere vltima ſimul tangentia . hic ergo vtique tangent adinuicem quæcunque habent determinatas magnitudines & poſitionem & habent vltima ſimul.deinde oſtendit tangentia debere eſſe actiua & paſſiua adinuicē dicens quod poſitio ineſt quibus exiſtit locus,loci autem prima differentia eſt ſurſum , & deorſum. talia autem ſunt oppoſitorum . oportet autem quod ſe tangentia habeant aliq̄ poſitionem adinuicem . vnde dicit quod omnia ſe tangentia adinuicem habent grauitatem,aut leuitatem,aut ambo,quantum ad elementa media, aut alterum quantum ad extrema,& ſic oportet quod talia ſint actiua , & paſſiua adinuicem.deinde concludit diffinitionem tactus dicens manifeſtum eſt , quod illa ſunt apta nata ſe tangere adinuicem quorum exiſtentibus diuerſis magnitudinibus,quantum ad vnam conditionem quod debet habere magnitudines determinatas & poſitionem,ſunt vltima ſimul, quantum ad aliam conditionem, actiuis & paſſiuis quantum ad conditionem vltimam. deinde inquirit de tactu metaphorico dicens quia mouens non ſimiliter mouet mobile qđ moue-

mouetur, ſed hoc quidem mouens neceſſe eſt ipſum mouere motũ; hoc mouet ens immobile: manifeſtũ eſt quoniam in agente dicemus ſimiliter: quoniam quoddam agens cum agit patitur, quoddam agit impaſſibile manens. deinde poſita conueniẽtia inter agentem & patientem, ponit differentiam inter ea dicens quod, q̃dam dicunt mouens agere aliquid & agens mouere, ſed tamen non eſt ita, immo diſcrepant, & oportet determinare quomodo diſcrepent. ſiquidem autem facere patienti apponatur, non eſt poſſibile omne mouens agere, ſed tunc ſolum mouens agere cum mobile patitur, ergo hoc verũ eſt ſolum in his in quibus motus eſt paſſio. paſſio autem eſt id ſecundum quod aliquid alteratur ſolum. v. g. calidum, album talia ſunt paſſiones, ſecundum quas eſt alteratio. ergo mouere eſt vniuerſalius quam agere: q̃a omne quod agit mouet at non econtra. ideo dicit quod mouere amplius eſt quã agere. id vero eſt immanifeſtum, quoniam motiua vniuerſalia, ſiue motiua immobilia, vt tangũt mobilia. i. corpora ſupercœleſtia, quæ ab eis mouentur, vnomodo tangunt ea, aliomodo non: quia tangũt ea metaphorice non proprie. deinde exponit diffinitionem tactus dicens, ſic determinato tãgere vniuerſaliter. i. ſimpliciter eſt tactus habentium poſitionem; hoc quidem motiuo. i. quod mobile ſe habeat motiue, ita quod vice verſa ſe habeat mouens, & mouens non moueat immobiliter, & ſit motiuum mobile ſiue motiuum motum & quia vt plurimum in his quæ videmus eſt tactus proprie ſumptus, ſed in eis aliquando eſt metaphoricus. ideo dicit, quod eſt vt plurimum, quod tactu ita tangitur quod etiam tangit tangens, quia fere omnia quæ in noſtro ſunt cõſpectu, mouent mota quibus neceſſe eſt, & videtur ſic eſſe dicendum tactum tangere quod tangit, ſiue tangentem. eſt autẽ ut aliquando dicimus mouens ſolũ tangere id quod mouetur, ita quod tangitur. i. tangentem, ſed ea quę mouet mota ſicut homogenea. i. eiuſdẽ naturæ, neceſſarium videtur eſſe id quod tangitur tangere, & quod tangit tangere tactum, vel quod mouet mouere motum. deinde concludit quomodo contingit inuenire tactũ metaphoricum dicens, quod ſi aliq̃d mouet ens immobile, tunc illud tangit quod mouetur, ſed illud *quod* mouetur non tangit ipſum. *dicimus* .n. aliquando triſtantem tãgere nos, & tamen nos non tangimus eum, & illomodo videntur tangere corpora ſupercœleſtia.

Tex. 19. De facere. vſque. Secundum rationem autem, &c.

NVnc determinat philoſophus, de agere & pati dicẽs deinceps dicendum eſt de facere & pati quod ab antiquis cõtrarie dictum eſt. deinde ponit opinionem aliquorum. & primo dicentium diſſimile a diſſimili pati dicens multi hoc concorditer dicunt, quod omne ſimile eſt impaſſibile a ſuo ſimili. ſ. quia dicebant nõ eſſe alterum magis paſſiuum ab altero quam actiuum. cum igitur ſimilibus ſecundum quod huiuſmodi oĩa exiſtant ſimilia, non poteſt poni ſimilia ſecundum quod hm̃oi actiua, & paſſiua eſſe, quia tunc idem ſecundũ quod idem ageret, & pateretur, quod

eſt

eſt inconueniens. diſſimilia ergo & differentia ſunt innata pati & facere adinuicé.dicunt.n.quod minor ignis corrumpitur & patitur a maiori propter diſſimilitudinem & contrarietatem quia contrarium eſt multum.Democritus autem preter alios ſolus dixit ſingulariter.dicit.n.idem & ſimile eſſe faciens & patiens, quia altera & differentia non contingit pati adinuicem ſed non ſolum ponebat iſte ſimile a ſimili pati, ſed addebat quod ratio paſſionis erat ſimilitudo. volebat.n.ſi entia diuerſa faciunt aliquid inuicem hoc non eſt ſecũdum quod ſunt altera,ſed dicebat accidere.i.quod agerent & paterentur adinuicem ſecundum quod exiſtit eis aliquid idem,vel ſecundum quod conueniunt.& quæ dicuntur ab antiqs hæc ſunt.deinde dicit has opiniones eſſe ſubcõtrarias dicens dicẽtes hoc modo videntur dicere ſermones ſub contrarios;quia cauſa contradictionis eorum fuit quãtum oportunum fuit totum aliquod inſpicere ambo, q.d.prædictæ ambæ opiniones dicũt partem aliquam nõ totum. quod iſti defectiue loquuntur patet.cum dicẽs quod ſimile omnifariam & omnino indifferens rationabile eſt non pati, & nihil a ſimili ſuſtinere. ratio eſt. quia hoc poſito quod magis eſſet actu alterum altero, non ergo poſſet poni quod vnum eſſet agens & aliud patiens ex quo omnino ſimilia. eo.n.ipſo quo vnum ponitur agens & aliud patiens ponuntur differre & recedere ab hypotheſi ꝙ ſint oĩa ſimilia.aliam rationem ponit dicens, quod ſi ſimile eſſet poſſibile pati a ſimili per omne modum ipſum a ſeipſo pateretur,quod abſurdum. aliam rationem ponit dicens,quod quamuis dictæ rationes ſufficienter concludant ſimile a ſimili pati non poſſe.tamen his entibus ita & hac poſitione poſita ſequitur aliquid inconueniens:quia nihil erit incorruptibile vel erit immobile.ſubſtãtię.n.ſeparatæ contra ponũtur immobiles, vel etiam Deus qui per omnem modum eſt immobilis maxime eſt idem ſibi. ergo ſi ſimile ſecundum quod huiuſmodi, & ſecundum quod idem eſſet actiuum omnino mouebit ſeipſum ſeipſo:immo prima cauſa & ſubſtantiæ ſeparatæ maxime erunt mobiles, quia maxime ſunt eędem ſibi. deinde probat agens & patiens non omnino eſſe diſſimilia dicens, quod ſi patiens eſt omnino alterum & nulla tenus idem ſimiliter.ſ. non patietur: non.n.quodlibet patitur a quolibet quia albedo non patitur a linea, nec econtra,niſi forte ſecundum accidẽs puta ſi accidat lineam eſſe albam aut nigram;nam plus diſtat linea ab albo cum nõ ſint eiuſdem generis quam album a nigro.non ergo in quacunque diſtantia agunt & patiuntur.aliã adducit rõnem dicens,quæcunq; nõ ſunt contraria nec ex contrarijs non faciunt ſe exterius a natura ſua.i.non corrumpunt ſeipſa:ergo adde, quæcunque non corrumpunt ſeipſa non agunt & patiuntur ad ſeinuicẽ, oportet ergo eſſe contraria quæ ſunt ſic actiua & paſſiua, ſed inter contraria eſt aliqua conuenientia,& contraria non per omnem modum diſtant.ergo actiua,& paſſiua non ſunt omnifariam altera. deinde declarat quomodo ſint altera dicens, quod non quodcunque eſt innatum pati & facere in quodcunque, ſed quæcunq;

aut ſunt contraria aut habent contrarietatem ſunt ſic actiua & paſſiua: cũ igitur contraria ſint eadem genere, & diuerſa ſpecie,neceſſe eſt patiẽs & faciẽs genere eſſe ſimile;& idem ſpecie aut diſſimile & contrarium. probat autem dicens, quod innatum eſt corpus pati a corpore, ſaporem a ſapore,colorem a colore,& vniuerſaliter homogeneum.i.eiuſdem generis,ab homogeneo.cauſa autem huius eſt,quia contraria ſunt omnia in eadem genere,& talia quæ ſunt contraria faciunt & patiuntur abinuicẽ. quapropter ſic eſt neceſſe faciens, & patiens eſſe eadem aliqualiter ſeu aliquo modo.& eſſe aliqualiter altera, & diſſimilia adinuicem.ſunt.n.faciẽs & patiens & ſimilia, & diſſimilia q̃a genere ſunt eadem & ſimilia, ſpecie autem diſſimilia,& q̃a talia ſunt contraria,manifeſtum eſt cõtraria & media eſſe actiua & paſſiua ſibi inuicẽ. deinde probat ratione dicens etenim generatio & corruptio eſt in his ſupple contrarijs & quia ita eſt,rõnabile eſt vnum oppoſitorum agere in aliud & trahere ipſum ad naturã ſuã. rationabile eſt ignem calefacere frigidum,& frigidum infrigidare calidum,& vniuerſaliter faciens aſſimilare ſibi ipſi patiens,& rationabile eſt dicere, quod faciens & patiens ſunt contraria cum generatio ſit in contrarium:qua propter quia ita eſt, neceſſe eſt patiens tranſmutari in faciẽs quia ſic generatio erit in cõtrarium. ſi unum oppoſitorum trãſmutetur in aliud, & patiens tranſmuteť in naturam agentis.

Tex.20. Secundum. vſq;. Quoniam autem contingat.

IN hac parte oſtendit philoſophus quare diſcordabant antiqui in aſſignando rationem agendi & patiendi:quia non eandem aſſignabant rationem dicens,ergo ſecundum rationem agendi & patiendi antiqui non erant dicentes eadem: propterea q̃d non aſſignabãt eandem rationẽ horum.manifeſtat deinde hoc dicens, quod quandoque dicimus pati ſubiectum.v.g.dicimus hominem ſanari, calefieri, & infrigidari, & alia eodem modo:ſed quãdoq; dicimus pati contrarium,vt calefieri frigidum, ſanari laborans,ambo autem naturaliter ſunt vera: ſed vnum *eſt verum per naturam formæ*: aliud *per naturam materiæ*.& quod diximus dẽ patiente eodem modo eſt dicendum de agente,nam quãdoq; dicimus agere ſubiectum,vt cum dicimus calefacere hominem quod non eſt contrariũ frigido, vel frigidato q̃d calefit, ſed vnum & idem manens poteſt ſubijci calido,& frigido.quandoque autem dicimus calefacere calidũ quod eſt contrarium frigido. deinde concludit veritatẽ dicens,quia aliquid patitur ut materia, aliquid ut cõtrarium, & vt forma; reſpicientes ad idem vt ad materiam quæ eſt eadem ſub vtroque contrariorum æſtimarunt facere, & pati oportere habere idem, ita q̃d identitas erat ratio agendi & patiendi.reſpicientes autem ad alterum vt ad formam contrarium dixerunt, dixerunt contrarium ponentes diuerſitatem & contrarietatem eſſe talem rationem deinde exponit ordinem ipſorum agntium dicens,quid ſicut eſt

ordo

ordo inter mouentia & mobilia, ſic eſt ordo inter actiua. ergo eodẽ modo videtur ſuſcipiendum eſſe de facere:& pati,quod de mouere & moueri.mouens autem dicitur aliquid dupliciter vnum in quo eſt principium motus.i.mouens principale & hoc videtur mouere non motum,quia huiuſmodi principium eſt prima cauſarum.Aliomodo,dicitur mouens aliquid vltimum, i. aliquid quod eſt vltimum & proximum, & immediate mouens.i.quod cum mouet ad generationem mouetur, & de agẽte eodem modo dicendum eſt. propterea quod ſicut eſt deuenire ad mouens immobile,ita eſt deuenire ad agens ĩpaſſum.exponit deinde in terminis dicens quod nos dicimus medicum ſanare,& vinum ſanare,ſed tamen ars medicinæ ſanat in motu, vinum aũt ſanat cum aſſumitur in alimentum, & alteratur & tranſmutatur.primum ergo mouens nil prohibet eſſe immotum & immobile, immo in quibuſdam quia eſt de neceſſitate deuenire ad motorem immobilem: ſed mouens alterum.i.proximum & immediatum neceſſe eſt ſemper mouere motum,& ſicut in motu eſt ſic, & etiam in actione, eo quod primum agens agit impaſſibile,vltimum autẽ cum agit,& ipſum patitur.deinde.

Veritatem concludit dicens,quod quæcunque non habent eandem materiam faciunt impaſſibilia entia,i.cũ agunt non patiuntur.v.g.ipſa medicina,quia non communicat in materia cum corpore ſanato, quia non eſt in materia corporali,ſed in anima;ideo cum facit ſanitatem nil patitur, a ſanato:cibus autem quia communicat in huiuſmodi materia faciens ſanitatem,etiam ipſe patitur,quia cũ aſſumitur in alimentum aut calefit aut infrigidatur, aut aliquid aliud patitur ſimul agendo:ergo quia ſic eſt medicina,ideo eſt agens principale:cibus autem eſt agens vltimum & tangens. ergo manifeſtum eſt quæ communicãt in materia,& q̃ nõ, q̃a iila q̃ agũt paſſa cõicãt in materia, q̃ vero agunt impaſſibilia nõ cõmunicãt. aſſignat deinde cauſam dic.quod omnes dicimus eſſe materiam eandem,vt ita dicam cuiuslibet oppoſitorum:&quia materia eſt ſuſceptiua oppoſitarum formarum approximante & præſente calefaciente neceſſe eſt calefieri.igitur agẽs approximatum,quia in materia communicat de neceſſitate agit paſſum.nota hic quod actio & paſſio non ſunt niſi inter contraria. vt calidum agit in frigidum. & ſi agit in tepidum hoc eſt inquantum comparatum ad calidum habet rationem frigidi.deinde ſequitur dicẽs ideo quẽadmodum dictum eſt, hæc actiuorũ ſunt impaſſibilia,hæc quidem paſſibilia:quia quemadmodum ſe habet in motione eodem mõ ſe habet in actione:illic.n.in motione primitus mouens eſt immobile,& in effectiuis primitus faciens eſt impaſſibile.deinde diſtinguit inter agens proprium & metaphoricum dicens quod cauſa factiua eſt duplex vna vnde eſt prĩcipium motus.i.efficiens, & alia eſt finis:vtrumq;.n.tam finis quam efficiens facit,& mouet,ſed efficiẽs proprie:finis metaphorice. nam ſanitas non eſt factiua niſi ſecundum metaphoram.deinde oſtendit agens proprium in materia communicari dicens quando faciens exiſtit prius generatur aliquid patiens.i.paſſiuũ patitur

titur quouſque introducatur forma, & aſſimiletur agenti:ſed habitibus p̄ſentibus in materia.i. introducta forma nō adhuc generatur aliquid nec vlterius aſſimilatur, ſed iam eſt completa aſſimilatio. nam aſſimilatur ſecundum formam quæ eſt ſpecies, & habita eſt finis paſſionis, patitur auté ſecundum materiam, quia materia ſecundum quod huiuſmodi eſt quid paſſum. deinde oſtendit agentia metaphorica non communicare in materia quia non agunt paſſa dicens:qa ignis habet calidum ſiue formam caloris in materia, ideo agit paſſum:ſed ſi eſſet aliquid calidum ſeparatum a materia hic in agendo nil patietur, calidum autem forſitan impoſſibile eſt eſſe ſeparatū. nam agentia naturalia non habent eſſe ſeparatum. quædam talia quæ habent eſſe ſeparatum in illis vtique erit verum quod dicitur:ſ.quod agerent impaſſibilia. ergo quæ agunt paſſa communicant in materia & econtra. tunc cum fines & agentia metaphorice, quia agunt impaſſibilia, ideo talia ſecundum quod huiuſmodi non oportet communicare in materia. de ratione.n. finis eſt ſecundum huius quod moueat in mobile. determinatum ergo ſit hoc modo quid ſit agere & pati & in quibus exiſtat, & quare & quomodo exiſtat.

Tex. 21. Vſque Leucippus.

Determinauit de his ſecundum opinionem antiquorum quantum ad qualitates actiuorum & paſſiuorum. Nunc de huiuſmodi agit q̄tum ad modum agendi & patiendi dicens:dicamus quomodo cōtingat accidere hoc quod fiat actio & paſſio. deinde narrat prius antiquorum opiniones dic.his.ſ. Empedocli & alijs videtur pati vnūquodq;, ex eo quod faciens tam vltimum q̄ principale ingreditur per quoſdam poros, & hoc modo dicunt nos videre, audire, & ſentire ſecundum oēs alios ſenſus. manifeſtat hoc dicēs: īſuper dicebat quod videri fit per poros, & aerem, & per aquam, quia aer & aqua quæ ſunt tranſparentia habent poros & huiuſmodi pori ſunt inuiſibiles propter paruitatem, & ſunt ſpiſſi, ac ordinati modo debito, & quanto magis corpora sūt tranſparentia, tāto magis habent tales poros. & quod dictum eſt de viſu & de omni ſenſu intelligédum eſt. deinde oſtendit quomodo per poros ſaluabant mixtionem dicens:hi qui ſequebantur Empedoclé in quibuſdam.i.in agere & pati & ét in mixtione ita determinauerūt qué admodum & Empedocles. quia ipſe non ſolum in facientibus & patientibus, ſed etiam in miſceri determinát per poros, dicunt.n. ea bene miſceri quorum pori ſunt adinuicem commenſurabiles. deinde ponit viam Democriti dicens. Quoniam Democ. & Leuc. maxime compendioſe, & vno ſermone de omnibus determinant. nam facientes principium corpus indiuiſibile, per tale principium ſaluabant, agere, & pati, & omnes motus naturales. deinde.

Ponit opinionem Melyſſi. dic. q̄d quidam antiquorum ut Melyſſ. & ſectatores opinati ſunt ex neceſſitate tātum vnum ens, & immobile. ratio huiuſmodi eſt. quia dicebat Melyſſus vacuum non ens, & ponebat non poſſe moueri aliquod mobile non ente uacuo ſeparato in quo reciperet. ergo ad deſtructionem cōſequentis: cum

vacuum

vacuum non ſit, motus non erit. item negauit multitudinem dicens rurſus non poſſunt multa poni eſſe ita. ſ. qa non ſunt continua, neq; contigua, qa talia non poſſunt poni eſſe non ſegregante vacuo: ſi. n. multa eſſent entia, & non continuarentur nec contiguarentur, oporteret vt vacuum diuideret inter ea: ſed non eſt vacuum. ergo talis multitudo non eſt, deinde oſtendit quomodo ſecundum opinionem huius non poſſunt poni multa continua: quoniam ipſe non diſtinguebat inter cõtinuũ, & cõtiguũ: quia ſcdm ipſum nil differt ſi quis exiſtimet oẽ non eſſe continuum, ſed tangere & eſſe contiguum. & quia non poſſunt poni multa continua, ergo nec contigua. oſtendit deinde quomodo non poſſunt eſſe multa continua dic. forte quis diceret quod ſunt multa, quia eſt dare corpus continuum vel contiguum, & cum huiuſmodi corpus erit diuiſum, oportet multa fore, cui Melyſſus obuiabat, quoniam ſi ponatur tale corpus diuiſibile in una parte, poterit diuidi vbique & diuiſo vbique nõ remanebit aliquod corpus & ideo huiuſmodi diuiſione facta neceſſe quod remanet non eſſe vnũ, ſed eſſe vacuum. nam ſi corpus eſt diuiſibile vbique nihil eſſet vnum: ſi autem dicatur corpus tum quidem diuiſibile, tum autem non, videbatur fictitium. nam ſi dicamus corpus eſſe diuiſibile vſque quantum. i. vſq; ad aliquid ita quod vlterius non ꝓgrediatur diuiſio, quæretur quare hoc vtique habet eſſe totius. i. habet eſſe totale & eſt plenum, & non poteſt vlterius diuidi, hoc autem eſt diuiſum, q. d non eſt dare cauſam. deinde adducit ſpecialem rationem ex prædictis dicens. Amplius propter dicta, vt quia non poſſunt eſſe multa neceſſe eſt motionem non fore. i. non eſſe, cum motus ſemper requirat multa, requirit. n. motorem & mobile. Meliſſus & ſui ſequaces propter ſermones prædictos erant in tranſcendentes ſenſum & deſpicientes eum dicẽtes conueniens eſſe ſequi rationem, & non ſenſum: ideo dicebant eſſe vnum & immobile, quoniam hoc iudicabat ratio, licet ſenſus diceret contrarium. & illud immobile ponebant eſſe quoddam infinitum; finem. n. nõ dabant ei quia dicebant finire eſt ad vacuum. epilogat deinde dicens. Hi ergo. ſ. Meliſſ. & ſui ſequac. propter dictas cauſas ita enunciarunt de veritate. deinde increpat Meliſſum dicẽs, quod in ſermone hoc videtur cõtingere poſſe. quoniam poteſt homo dicere quod eſt unum tantum immobile & infinitum, ſed opinari ita eſſe in rebus eſt ſimile dementiæ. nullũ. n. de numero dementium videmus intantum a veritate egredi, vt determinaret vnum eſſe ignem & glaciẽ: quod exterminabat Meliſſus cum diceret omnia eſſe vnum. ſed dementes ob prauam conſuetudinem male eligendi ſolum videntur deficere, quia non diſcernũt inter bona ſimpliciter & apparentia: quibuſdam. n. propter dementiã, hæc. ſ. bona ſimpliciter, & apparentia, nihil videntur differre.

Tex. 22. *Leucippus. vſque. Et ad eorum poſitiones.*

NVnc comparat opiniones horum ad ſeinuicem. & primo opinionem Dem. ad opin. Meliſſ. dicens quod Leucippus exiſtimatus eſt habere ſermones, qui ſermones erant

dicentes confeſſa ad ſenſum, quia nõ deſtruebat nec generationẽ nec corruptionem neque motum neq; multitudinem entium; confitebatur omnia ea quæ apparent ad ſenſum. deinde narrat opinionem Meliſſ. dicens, quod conſtituentibus vnum. i. Meliſſo & ſequac. ſ. qui dicebant omnia eſſe vnum, contingit dicere nõ eſſe motionem ſi non ſit facere vacuum eſſe non ens & eſſe nihil entis. plenũ autem dicebant eſſe ens principale. ponit differentiam inter has opiniones. adde ergo tu. ſic Meliſſus fatus eſt, qa poſuit tantum vnum, quod vocabat plenum, & negauit vacuũ: ſed Democritus omne quod erat tale. i. plenum non dixit eſſe vnum tantum, ſed ponendo principia rerum dixit ea eſſe infinita multitudine, dixit ea inuiſibilia propter paruitatem tumoris. i. magnitudinis. inſuper non negauit vacuum ſed dixit hęc. i. talia corpora fieri in vacuo, ponebat. n. eſſe vacuum. ſeparat deinde has opiniones. dicebat. n. Democritus prædicta corpora indiuiſibilia ſecundum quod erant conſtantia & coniuncta generationẽ facere, diſſoluta autem corruptiones ſecundum verò quod exiſtebant tangentia ſe cauſabant facere & pati. ſeparat dictas opiniones dicẽs. Democritus. n. ponebat mixta & compoſita non eſſe ſimpliciter vnum, quoniam poterant diuidi, ſed indiuiſibilia corpora erant vnum ſimpliciter, & ſecũdum ueritatem, dicebant. n. corpora indiuiſibilia, & compoſita generare mixtum, & ſecundum id quod generabant tale mixtum dicebat ea nõ eſſe unum ſimpliciter. nec ex vno contingere generari multitudinem, nec ex vere multis vnum: ſed hoc eſt impoſſibile. deinde comparat opinionẽ Emped. ad opin. Democriti dicens, ꝙ contingit dicere Democr. ut Empedoclem, & ut aliqui aliorum dicunt pati per poros, ita quod omnem alterationem, & omne pati per poros ſaluabant. & hoc modo loquebatur Democ. qui dicebat generari per vacuũ, & corrumpi facta diſſolutione & corruptione in vacuo, ſic etiam & augmentationem dicebat fieri quia ſolida ſubintrabant quaſdam vacuitates. deinde.

Oſtendit has opiniones conuenire in poſitione corporum indiuiſibilium dicens, quod Empedoclem neceſſe eſt dicere vt Leucippus. dic. neceſſe eſt n. ſecundum Empedoclem eſſe indiuiſibilia ſolida inter *poros*, quia ſi hoc non ponatur, *pori* erunt vbique, & continui, quod eſt impoſſibile, quia tunc ſolidum non eſſet aliud, præter poros, ſed eſſet totũ uacuum, ut ergo pori non ſe tangant neceſſe eſt eſſe aliqua corpora indiuiſibilia ſiue inuiſibilia tangentia ſe, media autem horum corporum uacua quæ illæ dicit eſſe poros: ita & Leucippus dicit de facere & pati ponens corpora indiuiſibilia ſe contingere propter quaſdam uacuitates. ergo dicebat iſte eſſe vacuitates quas ſubingrediebantur corpora indiuiſibilia. Empedocles verò dicebat eſſe per poros. epilogat deinde dicens, quod modi ſecundum quos hęc corpora faciunt, hic autem patiunt̃ ferè hi dicuntur, qui dicti ſunt, & manifeſtum eſt quomodo dicuntur de his. ſcilicet agere, & pati.

Tex. 23. Et ad eorum. vſq; De indiuiſibilibus.

DAt differentiam inter dictas opiniones dicens, quod ad poſitiones eorum contingit aſſignare differentiam quantum ad ea quibus vtuntur. nam id quod dicebat Democritus contingere & eſſe ferè videntur eſſe confeſſa, quia ſenſus appātē tia videntur illud confiteri: ſed cum Empedocles in ſaluando apparentiā dixit minus aliis. ideo dicens, quod ſecundum dicta Empedoclis nōn eſt manifeſtum quomodo erat generatio & corruptio, vel etiam alteratio, quoniam in loquendo de talibus nō ſaluauit mature confeſſa & apparentia. hoc manifeſtat dicens, quod his .ſ. Democrito & ſuis erant corpora indiuiſibilia prima. i. principia aliorum corporū quæ indiuiſibilia principaliter. ſ. ſolum differebant formis ex quibus corporibus indiuiſibilibus primum componuntur alia corpora, & vltimo diſſoluuntur in ea, & p huiuſmodi principia ſaluabat omnes apparentias. oſtendit quomodo non poterat Emped ſaluare tot apparentias dicens manifeſtum eſt Empedocli quomodo generantur alia mixta: quoniam ſecundum ipſum talia mixta vſque ad elementa habent generationem & corruptionem, & quomodo corporalis magnitudo horum ipſorum elementorum generatur & corrumpitur, ſed dicta eius non eſt manifeſtum, nec contingit ei dicere non dicenti elementum, elementum ipſius ignis eſſe. q. d. qd ex quo ignē, terram, & aerem, & aquam ponebat ſimpliciter prima, & ipſorum nō ponebat alia elementa & principia, generationem, & corruptionem eorū ſaluare non poterat: at Democritus poterat: quoniam ponebat huiuſmodi reſolui in corpora indiuiſibilia. deinde comparat opinionem Democriti, ad opinionem Platonis, & primo conuenientiam ponit dicens, quod Emped. non poſuit quod ipſius ignis eſſet aliquod elementum, & principiū: ſed Plato hoc poſuit in Thimeo vbi. voluit terra, aqua, &c. poſſe reſolui in aliqua potētia. deinde ponit differentiā dicens quod intātum differt Plato vt non eodem modo dicat ipſi Leucippo: quoniam iſte indiuiſibilia in quæ reſoluuntur oīa alia corpora dicit eſſe ſolida, ſed Plato huiuſmodi indiuiſibilia dicit eſſe planities. alia differentia eſt, quia Democritus omnia indiuiſibilia corpora poſuit determinari infinitis figuris. ſed Plato poſuit ſua indiuiſibilia differre figuris terminatis. dicunt. n. Platonici indiuiſibila eſſe terminata figuris, ponebat. n. fieri reſolutionem vſque ad planities. & ex his & diuiſibilibus faciebāt Platonici generationes, & corruptiones. aliam differentiam ponit dicens Leucipp. duobus modis ſaluabat huiuſmodi tranſmutationes naturales per vacuum & per tactum. nā hic. ſ. Democ. vnumquodque principiorum ponebat indiuiſibile. neceſſe ergo erat eum ponere inter huiuſmodi ſolida indiuiſibilia aliquas vacuitates vt fieret magnitudo. Plato autē quia inquit non eſſe vacuum non potuit ſaluare generationem, & huiuſmodi tranſmutationes niſi per tactum ſolum.

Tex. 24. De indiuiſibilibus. vſque. Amplius autem inconueniens.

POſtquam poſuit opiniones antiquorum & comparationem eorum ad ſeinuicem: nunc eas improbat.quæ erant quatuor.ſ.opinio Meliſſi:Democriti: Empedoclis & Platonis dicens quod de indiuiſibilib. planitiebus diximus in priorib. ſermonibus.quod eſt contra opinionẽ Platonis.de indiuiſibilibus autem ſolidis,eſt dicere contra opinionem Democriti, ideo hoc accidens relinquatur quia contingit de eo dicere. vnde ſubdit hoc improbando dicens, vt autem parum diſgredientes dicamus, quod neceſſarium eſt dicere ſuper ſecundam opinionem Democriti, vnumquodque indiuiſibilium corpus eſt impaſſibile.i. nõ poſſe pati per vacuum. Cum igitur indiuiſibili corpore non poſſit eſſe vacuũ nõ erit tale corpus actiuum,vel quoque ſuſceptiuum alicuius paſſionis. quare nec erit durum nec frigidũ. deinde oſtendit quod Democritus oportebat talia ponere, trib. rationibus.Prima eſt:quia ſi Democ.adaptabat calidum circulari figuræ, proptere a quod dicebat atomos rotundos eſſe calidæ naturæ, inconueniens eſt hoc,ſi ſolum calidum adaptabat tali figuræ,quia neceſſarium erat contrarium.i.frigidum alicui alii figuræ adaptare:& inconueniens eſt ſi exiſtit hæc.ſ.caliditas & frigiditas, & non exiſtunt grauitas & leuitas,durities, & mollities,ſed ſup. his exiſtentibus eſt actio & paſſio,ergo Democ. oportebat reponere actionem & paſſionẽ cum poneret ea per quæ actio & paſſio habet fieri.Secunda ratio eſt,quia Democritus in vnoquoque genere indiuiſibilium ponebat aliquid grauius ſecundum excedentiam, & ponendo vnum grauius alio ponebat vnum leuius alio; quapropter etiam ponebat unum calidius alio, ſed talia entia non pati adinuicem eſt impoſſibile.v.g.multum excedente cali do patitur & corrumpitur id quod leuiter & remiſſe calidum. quare oportebat Democritum ponere actionem & paſſionem. Tertia ratio eſt. quoniam Democ.dicebat aliqua entia eſſe dura; ſed ſi ponatur aliquid durum,vt quia forte frigidum ponitur eſſe durum,oportet quod & molle ponatur aliquid,ſed molle dicitur in patiendo aliquid aliud,ſub actiuũ eſt.n.molle,durum autem magis actiuum.deinde ſubdit quoddam quod ſuppoſuerat: quoniam ſuppoſuerat huiuſmodi corpora indiuiſibilia nõ poſſe eſſe actiua.&c.dicens,quod inconueniens eſt ſi corporibus indiuiſibilibus nihil exiſtit niſi ſolum figura, quia ſecundum ſolam figurã non proprie eſt actio & paſſio,& ſi exiſtet ei aliqua alia qualitas,quæritur num ſit hoc vnum ſolum. v. g. quod hoc ſit frigidum ſolum,ita quod non poſſit eſse calidum:hoc autem calidum, quod nõ poſſit eſse frigidum, quod ſtare non poteſt: quoniam non eſset aliqua vna natura eorum ſimiliter impoſſibile eſse multas qualitates cõtrarias poſse ineſse uni corpori indiuiſibili,vt quod de vna qualitate trãſmutetur in aliam.ſi ergo indiuiſibile ens ponatur alterari,quia indiuiſibile non habet partem & partem,in eodem habebit paſſiones cõtrarias,quapropter ſi patitur vel ſi alteratur indiuiſibile, vt ſi infrigidatur hoc idem

.i.ſecun-

.i.ſecundum aliquid ſui & aliud.i.ſecundum aliud ſui faciet aut patietur aliquid aliud.& quod dictum eſt de calido & frigido eodem modo intelligẽdum eſt de aliis paſſionibus: nullomodo ergo poteſt indiuiſibile de vna tranſmutatione in aliam trãſmutari.deinde adaptat huiuſmodi incõuenientia contra Platonẽ dicens, q̃d dicentibus quod indiuiſibilia ſolida & indiuiſibile planitiem.i.Demo.& Platoni contingit dicere eodem modo quod nullus iſtorum poterat proprie ſaluare actionem & paſſionem. Rurſum quemlibet iſtorum, oportebat ponere vacuum, quoniam ſecundum indiuiſibilia non eſt poſſibile generari rariora,& denſiora non ente vacuo.

Tex.25. Amplius autem. vſq;. Quicunque quidem igitur.

IMprobauit opinionem Democriti.quantum ad agere & pati. nunc improbat quantum ad corpora indiuiſibilia per quæ dicebat fieri actionem & paſſionem dicens, quod incõueniens eſt poſitio Democr. ponens parua eſſe indiuiſibilia & nõ magna licet.n. magis rationabiliter conſtringantur quam parua,quia magna facilius paruis diuidũtur.v.g. quia magna offendũt ex multis partibus hæc .n.corpora actiua , & paſſiua de quibus loquimur,ſicut ſe habent ad offendere & agere ita ſe habent ad offendi & pati ſeu ad diuidi . vnde dicens ex multis partibus &c. ſed vniuerſaliter quare competit dicere magnis quam paruis non eſt dare cãm . deinde oſtendit principia rerum nõ poſſe eſſe corpora indiuiſibilia conſiderando indiuiſibile ſiue ſecundum formam,ſiue ſecundum materiam.dicens quod ſi ponuntur corpora indiuiſibilia eſſe principia rerum & cauſas actionis & paſſionis : q. d.quæretur de illis indiuiſibilibus , num ſit omnium illorum ſolidorum vna natura aut differt alterũ ab alteris. quẽadmodum ſi hęc ſecundum tumorẽ. .i.ſecundum naturalem quantitatem eſſent ignea vel naturæ igneæ,hæc autem terrea . ſiquidem eſt vna natura omnium illorum quid eſt diuidens, ſupple inter ea, aut quare tangentia non ſunt vnum,quemadmodum qñ aqua tangit aquam.nihil.n. differt aqua poſterior a priori.quod eſt dicere, huiuſmodi corpora indiuiſibilia non poſſunt poni eiuſdem naturæ, ꝓpterea,quod compoſita ex his nõ diſtinguerentur:nec eſſent differentia inter entia:ſed ſicut tota aqua eiuſdem eſt naturæ cum alia aqua, & cum guttis ex quibus componitur:ita quælibet mixta eſſent eiuſdem naturæ inter ſe , & haberent eandem naturam cum atomis ex quibus procederent. Sed ſi ponantur alia qualia.i. habentes differentiam in qualitatibus manifeſtum eſt quod has differentias naturales eſt ponendum eſſe principia, & cauſas rerum contingentium magis quam figuras ſiue quam corpora figurata.probat deinde quod ſuppoſuerat.ſ. differentia ſecundum naturam eſſe rerũ principia cauſas actionis & paſſionis.quoniã illa ſunt huiuſmodi quæ agunt & patiuntur approximata ad ſeinuicem,ſed differentia in natura faciunt & patiuntur ad ſeinuicem ergo huiuſmodi ſunt ponenda principia rerum mixtarum q̃ contingit ut producantur ex atomis & ponẽda ſunt huiuſmodi eſſe actionis & paſiionis cauſa. adducit deinde

de aliam rationem contra Dem: poſitionem. quoniam dicebat ille corpora indiuiſibilia eſſe principia rerum, & tamen dicebat huiuſmodi corpora moueri & ferri in vacuo: ſed tunc q̃ritur quibus eſt quod mouetur.i. per quod mouetur huiuſmodi indiuiſibile.ſi.n.aliquid mouetur per aliud tunc eſt quod quid paſſiuum, & non eſt primum corpus.prima.n.corpora quia ſunt principia rerum non moueantur ab alio principio extrinſeco. ſi autem ipſum indiuiſibile corpus mouetur ſecundum ſeipſum,tunc vnumquodque tale corpus diuiſibile erit,quoniam ſecũdum aliud eſt mouens,& ſecundum aliud motum.nãque ſupra probatur quod omne qđ mouetur ex ſe eſt diuiſibile & in talia duo,quorum vnum eſt per ſe mouens,& aliud per ſe motum, quoniã ſi non eſſent ſecundum aliud mouẽs & ſecundum aliud motum, ſecundũ idem exiſterent contraria,quo poſito natura non ſolum eſſet una ſecundum potentiam eſſentialem: ſed etiam eſſet una potentia ſecundum eſſe ſub vtroque contrariorum poſtquam in eodem ſimul contraria ponuntur.

Tex.. 25. vſque. Quo autem modo.

QVoniam improbarat opinionẽ de actione & paſſione ſecundum corpora indiuiſibilia: nũc per poros vult improbare dicẽs, quod quicunque dicunt contingere paſſionem per motionem pororum, .i.per hoc quod agens mouetur & ingreditur poros,ſiquidem quia plenis poris fit paſſio.ſuperfluunt pori,quia ſi aliquid patietur ſi ponatur ita eſſe habendo poros,patitur & eodẽ modo,& ſi non ſic poros habens, ſed ſit ipſum ens continuum. deinde hanc rationem improbat dicens amplius quomõ contingit de videre, vel quomodo fit viſio,ſi eſt ita vt dicunt, ponebant.n.ſic loquentes tranſparentia plena poris, vt per tales poros fieret viſio,vt radii viſuales tranſirent per illos & tangerent rem uiſam, vel ſecundum ipſa uiſibilia tranſirent per eos & fieret quidam contactus rei viſibilis & viſus:ſed tunc quæretur de huiuſmodi poris,aut ſunt pleni, aut ſunt vacui. ſi pleni non poterit vere tranſire radius vel res viſibilis ut fiat contactus rei viſæ ad viſum. ideo dicens quod ſenſus tactus non contingit tranſire tranſparentia, neque per poros ſi ponuntur pori pleni; quia ſic omne erit plenum; ſed ſi ponant pori vacui neceſſe eſt corpora habere in eis,tum idem continget.ſ.non eſſe ibi tranſitus,& per conſequens viſio. deinde remouet quãdam cauillationem,quia diceret forte aliquis quod magni pori replentur corpore non parui.arguens contra: ſic ait, quod ſi ponantur vacua talia.i.ita parua ſecũdum magnitudinem ut nõ ſuſcipiãt corpus aliquod,ridiculum eſt paruũ exiſtimare vacuum & non ſuſceptiuum corporis, immo ridiculum eſt qualecunque aliquod vacuum exiſtimare dicere eſſe ſimpliciter ipſum vacuum non debemus dicere eſſe aliquid niſi regionem corporis:ideo & ſi poſſit eſſe vacuum ab hoc corpore vel ab illo,non tamen poteſt eſſe vacuum ſimpliciter ab omni corpore. manifeſtum eſt quoniam omni corpori ſecundum tumorem.i. magnitudinem eſt aſſignare & æquale vacuũ, .i.æqualẽ locum & æqualẽ regionẽ. deinde

deinde oſtendit quod vniuerſaliter non eſt poros ponere dicens qđ vniuerſaliter poros ponere ſuperfluum eſt ſiquidem nihil facit. ſecundũ con tactum, neque tranſiẽs per poros aliquid faciens, cum pori non faciant niſi vt agens attingat paſſum. ſi verò in tangẽdo vniuerſaliter eſt actio po ris non entibus, quia ſine eis poteſt eſſe contactus, hic patientur, hic facient adinuicem modo quo apta ſũt nata agere & pati, deinde epilogat di cens manifeſtum eſt ex his, quæ dicta ſunt quod dicere ita eſſe poros, vt quidam exiſtimant aut eſt mendaciũ ſiue falſum, aut inane vel ſuperfluũ. improbat deinde poſitionem pororũ quantum ad modum agendi & patiẽ di dicens, quod corporibus entibus omnino diuiſibilibus ridiculum eſt poros facere: ſecundum id enim quod diuiſibilia ſunt ſeparari poſſunt & poterit ſup. eſſe modicum vnius iuxta modicum alterius abſq; poſitione pororum, quemadmodum apparet. in humidorum mixtione. ergo ſuperfluum eſt poros ponere.

Tex. 27. Quo autem modo. vſque. Reliquum autem videndum.

NVnc determinat de agere & pati ſecundum propriam opinionem dicens quomodo exiſtit generare dicamus ſecundum opinionem propriã. deinde dat conditiones quaſdam agentis & patientis dicẽs, quod vna conditio actiui, & paſſiui debet ſumi accipiendo illud principiũ, ꝙ dictum eſt multotiẽs videlicet ſi hoc .ſ. paſſum eſt potẽtia, hoc autem ſup. agens eſt in actu, tale eſt innatum agere, & pati. eſt ergo conditio quod tale debet eſſe patiens in potentia qua le eſt agens in actu. ponit aliam conditionem, quod patiens debet eſſe paſſibile ſecundum quodlibet ſui, nam tum pati. i. ſecundum vnam partẽ eſt paſſibile, tum autem non pati. i. non patitur. ſed omnino ſecundum quãcunque partem debet eſſe tale. deinde aſſignat conditiones agentis & patientis ſecundum modum agendi & patiendi dicens, quod patiens debet magis pati & minus ſecũdum quod eſt magis & minus diſpoſitũ: & hac intentione dicet aliquis magis congrue ineſſe poros, vt dicamus poros nil aliud eſſe quam partes magis paſſiuas, vt apparet in metallis. i. vbi fodiuntur metalla non extendunt ſe venæ continue paſſiuæ, & ſi tales uenę & tales partes magis paſſiuas vellemus appellare poros cõtingit poros eſſe. deinde aſſignat conditionem aliam, quod paſſum ſi ſit continuum, & vnumquodque, & per omnem modum quod non ſit ſcindibile, nec ſuſcipiat peregrinas impreſſiones eſt impaſſibile ens. alia conditio eſt, qđ non appropinquantia neq; ſibiipſis neq; aliis quæ ſunt apta nata facere, & pati. i. quando agens nõ appropinquat paſſo nec per ſeipſum, nec per medium non fit paſſio. v.g. non ſolũ ignis tangens calefacit aliquod corpus, ſed ẽt ſi longe ſit poteſt calefacerere: et ſi ignis calefacit aerẽ, aer aũt calefacit corpus remotum ab igne: tunc aer eſt innatus facere & pati, deinde ex his conditionibus quærit antiquorum defectum dicens, quod exiſtimare corpus, tum pati, tum aũt non pati ſecundum quodlibet ſui vt determinemus ac declaremus, hoc dictum reſumendum eſt quod in principio tactum fuit. ſ. cum ſoluebatur

Democriti dubitatio, & oſtendebat quomodo latebat paralogizans. magnitudinem eſſe diuiſibilem in ſemper diuiſibilia. ſi ergo non eſſet vtiq; magnitudo diuiſibilis in ſemper diuiſibilia, ſed ſupple relictum ex diuiſione eſſet corpus indiuiſibile, aut latitudo nõ vtique erit corpus paſſibile eſſe quamlibet ſui partem: quoniã pars indiuiſibilis non poteſt eſſe paſſionis ſuſceptibilis: ſed neq; cõtinuũ nullum eſſet corpus ſup. ſi ſtaret diuiſio ad indiuiſibilia. qđ ſi hoc eſt mendacium quod corpus ſit diuiſibile ĩ diuiſibilia, ſed eſt diuiſibile omne. i. ſecundum omnem partem nihil differt dicere corpus diuidi in actu, aut agens tangere corpus actu diuiſum, aut eſſe diuiſibile: qa poteſt fieri paſſio abſq; hoc quod diuidatur ĩ actu. nã ſi corpus poteſt ſegregari ſecũdũ tactus; vt quidam aiunt, & ſi non eſt diuiſum actu poſſibile eſſet diuiſum eſſe ſecũdũ tactum. deĩde aſſignat inconuenientia quæ ſequntur. ponentes quod vt fiat paſſio neceſſe eſt corpus actu diuidi ſecundum quantitatem dicens, quod dicere abſolute & ſimpliciter generari hoc modo actionem & paſſionem ſciſſis corporibus, ita quod non poſſit fieri paſſio niſi corpora actu ſcindantur, hic ſermo eſt inconueniens qm̃ alteratioñe deſtruit. prædicta poſitio repugnat apparenti alterationi: videmus. n. idẽ corpus continuum ens non ſciſſum qñq; quidem humidum, qñq; coagulatum, & hic non eſt patiens neq; diuiſionem, neq; cõpoſitionem, vt qđ atomi diuidantur vel componantur adinuicem, nec conuerſiones vt quia poſteriores anteriores fiant, vel econtra. vt dicebat Dem. igitur corpus qđ non eſt transductum ſiue extenſum, vel tranſpoſitum, quod pars anterior fiat poſterior, nec eſt tranſmiſſum qđ pars ſuperior fiat inferior, i. nullam ſciſſuram. nullam diuiſionem eſt paſſum in partibus, & tñ ex humido generatum & factum eſt coagulatũ. ergo alteratio abſque actuali diuiſione poteſt eſſe. alio modo hoc manifeſtat dicẽs, quod facta tali alteratione corpori ſic coagulato: nunc de nouo nõ inſunt corpora dura, & coagulata & indiuiſibilia tumoribus. i. ſecundum magnitudinem, ſed ſimiliter totũ nõ habẽdo alias partes, uel plures vt diuiſum. quandoq; quidem eſt humidum, qñq; autem eſt durum & coagulatum. deinde hanc poſitionẽ deſtruere augmentum oſtendit *dicens*, quod ſecundum hanc poſiti*onem nõ* eſt poſſibile eſſe augmentationem & diminutionem quælibet pars aucti non eſſet factum quid maius, ſed ſolum erit poſitio ad illos poros: ideo hoc poſito cibus non erit tranſmutans & alterans membrum, & membrum non erit aliquid aliud mixtũ propter ipſum cibum. quæ omnia requiruntur ad augmenti rationẽ. Epilogat deinde dicens, quod eſt generare & facere & generari & pati adinuicem, & quomodo, antiqui dicunt ac de his locuti ſunt ſit hoc modo determinatum.

Tex. 28. Reliquum & vſq; Continuam autem &c.

NVnc vult determinare de mixtione. ideo dicit. quod reliquũ videndum eſt de mixtione ſecundũ eundem modum ſuperius aſſignatũ. hæc. n. ſ. mixtio fuit tertium propoſitorum a principio, & primo ſcrutandum

dum eſt quid ſit mixtio, & quid miſcibile,& quibus eſt entium,i. qualibus entibus exiſtit mixtio,& quomodo fiat mixtio,an ſit mendacium mixtionem eſſe. deinde incipit inquirere de his dicens, quod quemadmodum quidam dicunt impoſſibile eſt alterũ alteri miſceri: quia mixtio adhuc entibus.i.permanentibus, & nõ alteratis non magis inquiunt nunc mixta eſſe quam prius: ſed contingit huiuſmodi miſcibilia côſimiliter ſe habere nunc & prius : ergo ſi prius non erat mixtio,neque nunc.deinde mixtionem oſtendit tum eſſe ſi alterũ corrumpatur dicens,quod altero corrupto non contingit mixta eſſe : ſed hoc.ſ.manens contingit eſſe, hoc aũt .ſ.corruptum non eſſe, & quoniam mixtio eſt ſimiliter ſe habentium, cũ hoc poſito mixta non ſe habeãt ſimiliter,ſed vnum ſit corruptũ, & aliud manens non erit ibi mixtio.eodẽ modo mixtionem non eſſe. ſ. ambobus miſcibilibus conuenientibus corruptum eſt alterum mixtorum. nam cũ miſcibilia ſint corrupta,& ſint nullatenus entia mixta eſſe non poterunt. deinde vult præparare ſe ad ſoluendas obiectiones dicẽs,quod iſte ſermo videtur quærere quid. i. in quo differt mixtio a generatione & corruptione,& quid differt miſcibile a generabili & corruptibili.nam manifeſtum eſt quod ſi eſt mixtio oportet eã differre a talibus tranſmutationibus. ideo ſubdit quomodo hæc ualent ad quæſita dicens, quod patefactis his ẽtib.videlicet, quomodo differt mixtio ab aliis quæſita ſoluuntur.deinde ſeparat mixtionẽ ab huiuſmodi trãſmutationibus dicens, quod materiã non dicimus miſceri igni,nec ignem dicimus commiſceri combuſtibili cũ exardet ipſum,ita quod combuſtibile quod eſt quaſi materia ignis, nec miſcetur ipſi igni ſecundum ſe totũ, nec etiam ipſis particulis ignis, ſed ignem,ſiquidem ex tali combuſtione dicimus generari, hanc autẽ materiam.ſ.combuſtibile dicimus corrumpi propter quod differt mixtio a generatione.ſepat ab augmento mixtionem dicens quod ſecundum eundem modum differt ſupple mixtio ab augmento : quoniam cibum non dicimus commiſceri corpori cibato: quia tale corpus manet, cibus autem corrumpitur.deinde ſeparat mixtionem ab alteratione dicens, quod nos non dicimus figuram ceræ mixtã nec figuræ tumorem.i.quantitatem ceræ, q.d.quod cera & figura non ſunt miſcibilia quantum ad artificialia, nec corpus & album miſceri poſſunt q̃tum ad naturalia , & vniuerſaliter & paſſiones & habitus,ſiue ſint naturales,vt albedo corpori : ſiue artificiales,vt figura ceræ non conuenit eſſe mixta rebus:i.ſubſtantiis ſuis. & ratio eſt. quia huiuſmodi ſaluata eſſe vñr.nã paſſio manet paſſio, & ſubiectũ manet ſubiectũ,miſcibilia aũt nõ manẽt actu in mixto.deinde oſtendit paſſiones non eſſe adinuicem miſcibiles dicens quod ſi non conuenit ſimul miſceri diſciplinam, & album, nec aliquod aliud de numero nõ ſeparabilium.quod eſt dicere. miſcibilia poſſunt habere per ſe eſſe, & sũt ſeparabilia. accidentia non ſunt huiuſmodi,ideo miſceri non poſſunt.arguit ex hoc quorũdam antiquorum opinionem dicens non bene dixiſſe quoſdam oĩa aliquando fuiſſe mixta non.n.omne omni eſt miſcibile, ſed

Digitized by Google

oportet exiſtere ſeparabile vtrumq; mixtorum. paſſionum aut nulla eſt ſeparabilis. ex differentia. deinde mixtionis ad alia ſoluit obiectiones factas dicés quod entium hæc quidem ſunt potentia hæc autem actu. mixta vt ſunt in mixto conuenit qualiter eſſe: quia ſunt potentia, conuenit aũt qualiter non eſſe, quoniam non ſunt actu. nam actu aliquid eſt generatum ex ipſis, mixtum ergo eſt in actu qđ generatur ex miſcibilibus, non autẽ ipſa miſcibilia ſunt, ſed potentia: quoniam ad hoc vtrumque miſcibilium ſunt potentia vt redeant ad naturam ſuam, & non ſint quę erant antequã miſcerentur, & cum erant diuiſa, hic ſermo inquam fuit primo quæſitus, obiectiones. n. prius factæ ſolũ hoc quærebant. ſ. miſcibilia ſunt in mixto deinde manifeſtat quod dixerat. ſ. quod miſcibilia non manent actu, ſed potentia dicens quod quæ miſcẽtur ex prius ſeparatis fiunt conueniẽtia, & poſſibilia ſunt ſeparari rurſum igitur miſcibilia non manent actu, vt corpus album: propterea quod tunc ex eis non fieret aliquid vnum, nec corrumpitur omnino, neq; alterum neq; ambo: manent. n. virtute & potẽtia, ſaluatur. n. virtus eorum. & qm̃ de his, videlicet, verũ ſit dare mixtionẽ ſufficienter dictum eſt. ideo hæc relinquantur.

Tex. 29. vſque. Manifeſtum igitur quoniam,

QVæſierat nũ ſit poſſibilis mixtio. nunc quomodo contingat mixtionẽ fieri vult quærere ſecundum alios dic. prætereà dicendum eſt continuam quæſtionem his q̃ dicta ſunt, videlicet, qũo mixtio eſt, vtrum ne eſt mixtio ad ſenſũ vt dicamus quod tũc miſcibilia mixta ſunt qñ miſcentur in ita parua quę ponuntur hoc modo adinuicem vt vnumquodq; miſcibiliũ non ſit manifeſtum ſenſui, ita quod ſit mixtio quantum ad minima ſecundum ſenſum. ponit deinde aliam opinionem quæ ponebat mixtionem quantum ad minima ſecundum formam dicés aut non ſupple mixta quantum ad minima ſecundum ſenſum. ſed cum quæcunque particula ſupple ſecundum formam ſit ſecus quamcumque particulam mixtorum, illo modo dicitur mixtio. v. g ordeum eſt mixtum frumento quandoque granum ordei ponetur ſecus quandoque granum frumenti. deinde ponit tertiam *opinionem* dicens, quod ſi *corpus eſt diuiſibile* totaliter, & corpus eſt miſcibile corporei omiomeres, i. ſecundũ vnam & eandem rationem in toto & in partibus, oportet quodcunq; i. partem quancunq; minimam ſecundũ quantitatem fieri ſecus quancunque partem, ita ut ſit mixtio totaliter, & ſecundũ minimã quantitatem. deinde improbat has opiniones dicens. qm̃ autem non eſt diuidi in minima ſecũdum formam vt compoſitio taliũ ſit mixtio: quia neque idem eſt compoſitio & mixtio ſed aliud quia quæ miſcentur ſecũdum minima ſaluata in quibus ſaluatur forma & ſpecies, talia. n. non contingit dicere eſſe mixta erit. n. ibi compoſitio & non operatio & tranſmutatio, & per conſequẽs mixtio. ergo vis rationis cõſiſtit qđ quantum ad minima ſecundũ formã non eſt mixtio: quia talia manent in tranſmutata ſecũdum ſuam ſpeciem & ſaluata aliam rationem ponit dic.

nam

nam ſi ſic eſſet mixtio, pars nõ haberet eandem rationem cum toto:quia non quælibet pars mixti eſſet mixta dicimus tamen hoc oportere ſi mixtum eſt aliud.oportet enim mixtum eſſe eiuſdem rationis in toto & in partibus:vt quẽadmodũ quælibet pars aquæ eſt aqua:ita quælibet pars temperati.i.mixti eſt mixta, ergo non eſt mixtio quantum ad minima ſecundum formam,quoniam ibi eſſet aſſignare partem non mixtã. deinde improbat primam opinionem.ſ.ponentem mixtionem quãtum ad minima ſecũdum ſenſum dicens, quod ſi fiat mixtio.ſ.parua quantum ad ſenſum, mixtio eſſet idem quod compoſitio, & hoc poſito nihil contingeret horũ, quæ requiruntur ad mixtionem, ſed ſolum diceremus quod mixta eſſent ad ſenſum. ratio autem, quoniam in mixtionẽ requiritur, quod quęlibet pars mixti ſit mixta, & quod miſcibilia non maneant actu,manerent .n.miſcibilia, & non quælibet pars mixti mixta eſſet, ſed ſi fieret mixtio ad ſenſum nihil horum eſſet:& præterea eſt inconuenieus hoc dicere:quia idem huic eſſet mixtum ſi non videret acute: lynceo autem qui acute videt,non videbitur mixtum:quia non latebit viſum eius,quod poteſt latere viſum alterius.deinde de minimo ſecundum quantitatem opinionẽ improbat dicens,quod neque diuiſione quantitatiua contingit mixtionẽ fieri,vt quęcunque pars ſit ſecus quãcunq; partẽ.nam impoſſibile eſt ita diuidi corpus.ſ. in minima ſecundũ quantitatem, aut ergo non erit mixtio,aut dicendum eſt rurſus ſecundũ opinionem propriam,quomodo cõtingit fieri hoc, i. fieri mixtum . ideo ſubdit. quod vt prius diximus quædam entium ſunt actiua & paſſiua ad ſeinuicem:quædam non:& addit qđ conuertuntur:quoniam quorum eſt eadem materia ſunt actiua & paſſiua adinuicem & econtra,& quæ faciunt & agunt impaſſibilia entia.non ergo eſt eadem materia &econtra.nam horum non habentium eandem materiam non eſt mixtio : ideo medicina non facit ſanitatem miſcẽdo ſe ei,neque ſanitas eſt mixta corporibus.deinde oſtendit quomodo fiat mixtio dicens quod quæcunque de numero actiuorum & paſſiuorum adinuicem communicantia in materia ſunt facile diuiſibilia ſi in talibus multa paucis miſceantur & paruis magna,ſi cõpoſita nõ faciunt mixtionem,ſed augmentationem dominantis,vincunt.n. magna & non miſcẽtur cum paruis, ſed augmentatur ex eis, trãſmutat .n.alterum.i.paruum in dominãs.i.in magnum & multum,ideo ſi gutta vini ponatur in mille milijs amphoris aquæ non miſcetur.i.ibi non eſt mixtio.ſoluitur.n.ſpecies vini, & trãſmutatur in omnem.i.totam aquam. quãdo autem miſcibilia adæquantur aliqualiter potentijs tunc vtrumque ex natura ſui ſpſius traſmutatur in dominans.i. naturã mediã, quæ dominat in mixtione,ideo addit quod nõ generatur ibi alterum miſcibilium, ita quod vnum totaliter dominetur & conuertat ad naturam ſuam alterum ſed generatur ibi medium commune,i.aliqua natura media in qua non actu,& ſecundum eſſe, ſed potentia & virtute reſeruatur vtrumque miſcibilium.igitur cum quęritur quomodo fit mixtio debet dici, quod ſi miſcibilium communicantium in materia,

teria,& actiuis & paſſiuis adinuicem adæquatis aliqualiter in potentia & virtute.

Tex.30. Manifeſtum igitur quoniam vſque.in finem.

NVnc quoniam quomodo contingat mixtionem fieri oſtendit vult ſoluere alia quæſita:quorum veritas ex his quæ diximus dependet. primo oſtendens quæ ſunt miſcibilia dicens manifeſtum eſt, quod miſcibilia ſunt quæcunque de numero facientium ſiue agentium,habent cõtrarietatem,& ratio eſt quia talia sũt paſſiua adinnicem. deinde oſtendit qualia ſunt bene miſcibilia dicens, quod parua poſita ſecus paruis magis ſunt miſcibilia;quia facilius inuicem trãſeunt,i.facilius ſe tranſmutãt, ſed multum a multo tardius hoc operatur vel tranſmutatur. Ideo bene determinabilia.i. humida quæ bene determinantur termino alieno: quia talia ſunt de numero diuiſibilium & paſſiuorum.Ideo ſunt bene miſcibilia:quia hæc facilius in parua diuiduntur.Nam hoc eſt eſſe bene terminabile termino alieno quod eſt in parua diuiſibile, & tale eſt bene miſcibile.v.g. humida de numero corporũ ſunt maxime bene miſcibilia.ſi huiuſmodi humidum non ſit viſcoſum.etenim plus occupat de loco humidum,& vnctuoſum quam humidum ſolum,& maiorem obtinet locum oleum & aqua ſimul quã aqua ſolum.deinde oſtendit quæ non sũt bene miſcibilia dicens,quod ſi alterum miſcibilium erit ſolum paſſiuũ, aut vehementer paſſiuum,hoc autem .i.aliud miſcibile eſt valde parũ paſſibile,tunc ex ambobus talibus aut nihil amplius.i.nihil plus erit mixtum aut parum inter ea erit de mixtione, quod contingit eſſe ſtagnum & æs. ſtagnum.n.eſt valde paſſiuum,ęs autem eſt modicum paſſibile, ideo huiuſmodi nõ ſunt bene miſcibilia.patet per ſimile. vt quædam vocabula ab aliquibus balbutiuntur adinuicẽ, ita quod hi vnam ſillabam vel literã bene proferunt, aliam verò non bene, ſed ſolum ſecundum quendam modum ſonant eam & epamoterizant.i.anticipant. deinde oſtendit vtrum inter talia ſit aliqua mixtio dicens quod videntur aliqualiter mixta eſſe talia,ſed remiſſè:quia alterum in talibus eſt quaſi ſuſceptibile & ſubiectum. alterum autem eſt ſpecies & paſſio,quod contingit in ipſis metallis præſignatis.ſtagnum enim mixtum ęri efficitur quaſi ens aliqua paſſio ęris,& efficitur quaſi ſine materia quoniam remanet ibi de ſubſtantia ſtagni.mixtum verò ſtagnum ęri bene euaneſcit totum.i.totum ſtagnum ſolum autem videtur eſſe colorãs ęs. hoc quod dictum eſt in ſtagno & ęre contingit & in aliis ſi ſe habeãt,ſicut ſtagnum & ęs,quod unum ſit multũ paſſiuum:aliud autem parum. deinde epilogat dicens manifeſtum eſt ex his quæ dicta ſunt, quod eſt mixtio., & quid eſt mixtio, & quomodo eſt mixtio, & quæ ſunt miſcibilia, quoniam ſunt ea quę ſunt contraria paſſibilia adinuicem, & bene determinabilia ſicut ſunt humida, & bene diuiſibilia ſicut ſunt non vnctuoſa nec viſcoſa.& manifeſtum eſt quod miſcibilia quando sũt mixta nec eſſe corrupta ſimpliciter, neque ad hæc ſimpliciter eſſe eadẽ, eadem dico quod prius, qñ non manent

nent

Digitized by Google

nent in actu ſecundum eſſe. & etiam manifeſtum eſt quod mixtio nō eſt compoſitio, neque eſt ad ſenſum tantum: ſed vt dictum miſcibile eſt qd-cunq; bene determinabile, quod eſt ſimul actiuum & paſſiuum. & etiam diximus non quodlibet eſſe miſcibile cuilibet ſed eſſe miſcibile tali qđ eſt ei aliquo mō æquatum in potentia & virtute: & dictum eſt quod miſcibile & quod ipſum mixtum eſt eiuſdem rationis in toto & in partib. & quælibet pars mixti eſt mixta mixtio enim eſt vnio miſcibilium alteratorum. Hic nota quod oleum, & huiuſmodi vnctuoſa non bene miſcentur aquæ & alibi triplici ratione. Primo quia in viſcoſis ſemper abundat humiditas aerea. ideo talia ſuperant. Secundo quia ſunt valde viſcoſa. ideo non ſunt bene diuiſibilia, quia partes eorum ſemper conglutinantur adinuicem. Tertio quia ibi vidētur eſſe ampli pori. immo ſi ponatur digitus in oleo bullienti, ut quidam dicunt, & cito extrahatur, inde lęſuram non patitur. & hæc ſunt quę breuiter volui de primo libro.

Finis Primi Libri.

COM-

Digitized by Google

COMMENTARIA
IN SECVNDVM LIBRVM, ARISTOTELIS, De Generatione, & Corruptione.

Tex. 1. De mixtione. vſque. Determinatum eſt autem.

DETERMINARAT de generatione,& corruptione in primo libro,in præſenti vult agere de natura generatorũ ac corruptorum. ideo dicit, quod de mixtione & tactu, & de facere & pati diximus quomodo exiſtant in tranſmutationibus ſecundum naturã & hoc quantum ad ea quæ deſeruiũt tam generationi quam corporibus generatis. Amplius diximus de generatione & corruptione, prout habet eſſe ſimpliciter,& prout eſt aliqua ſecundum quid,& diximus propter q̃ cauſam generatio & corruptio ſunt ĩ rebus,ſimiliter diximus de alteratione & ẽt de augmento,& quid eſt alterari & q̃ differentiam habet eorum.i. diximus quæ eſt differentia inter ea. hic quo eſt reliquum conſiderare circa illa quæ ſunt vocata elementa de numero corporum. nam generatio, & corruptio,omnibus natura conſtãtibus,non ſine illis conuenit ſenſibilibus corporibus.deinde ponit aliorum opiniones de materiali principio dicens quod hi.ſ de antiquorum numero dicunt vnam eſſe materiam ſubiectam, puta aerem, aut ignem, aut aliquid medium horum inter.ſ. aerem & ignem, quod quidem medium dicebatur eſſe corpus ens ſeparabile a contrarietatibus: alij autem poſuerunt plura principia materialia quam vnum & iſti diuiſi fuerunt: nam quidam poſuerunt duo,ut ignẽ & terram.alii autem tria.ſ.ignem,aerem,& terram,alij autem quatuor puta addendo aquam.vt Emped.qui poſuit quatuor elementa eſſe materialia principia rerum ex quibus alteratis & congregatis dicebat cõtingere generationem & corruptionem rebus deinde ponit plura ponentes dicens. ponentes plura principia materialia, & dicentes ea eſſe elementa, bene habent dicere id quod confitentur.i.bene dicunt quod confitentur.namque confitebantur, quod ex huiuſmodi

elmentis

elementis tranſmutatis ſecundum cō gregationem & ſegregationē, quod ſecundum aliam trāſmutationem cō tingebat generationē eſſe, vel hi philoſophi dicebant confeſſa, quoniam ſaluabāt generationem & corruptionem quę ad ſenſum cōfeſſa ſunt. deinde increpat ponentes vnam maxime facientes illam ſeparatā dicens quod facientes vnam materiam extra prædicta elementa, quia non ponebant illam eſſe elementorum, cum poneretur hanc materiam corpoream, & ſeparabilem à contrarietate peccabāt quoniam impoſſibile eſt aloquid corpus ſenſibile eſſe ſine contrarietate: quia aut leue, aut graue, aut calidum aut frigidum, neceſſe eſt quod hoc materiale elementum, quod dicunt principium, eſſe ſupple cum cō trarietate,& non eſſe ſeparatum a cō trariis. deinde corripit Platonem dicens, quod dictū eſt a Platone in Thimeo nullam habet determinationem vel eſt inſufficienter dictum. quia nō dixit manifeſte quomodo materia q̄ eſt receptiua elementorum omnium ſeparatur ab elementis. & quomodo eſt in potentia ad ea. neque in nullo vtitur materia vt debet. dicit.n. materiam ita prius præexiſtere & eſſē tanquam ſubiectum aliquod vocatis elementis, vt aurum ſubiicitur operibus aureis. ſed hoc quidem non recte dixit, ſecundum ea quorum eſt alteratio ita ſe habeat, ſed de his quorū eſt generatio & corruptio. impoſſibile eſt.n. illud enuntiari. ſ. ſubiectum de quo generatum eſt ſit aliquid in actu & ſe habeat ſicut aurum ad opera aurea. ſed tamen vnūmquodque artificialium lōge. i. multo verius eſt dicere eſſe aurū quā eſſe q̄d artificia le. & hoc Plato concedit. deinde increpat etiam Platonem dicens, quod elementis entibus ſolidis Plato facit diſſolutionem, hoc eſt, diſſoluit elementa vſq; ad planitiem: ſed impoſſibile eſt materiam primam quam dicimus matrem & receptaculum formarum eſſe planam, ſiue idem quod ſupficies. deinde determinat de hoc ſecundum propriam opinionem dicens, quod nos dicimus eſſe vnam aliquam materiam ſenſibilium corporum contra eos qui ponebant plura materialia principia, & hanc materiā dicimus non ſeparabilē a contrarijs, ſed ſemper eſſe cum contrarietate ex qua generantur vocata elementa, & hoc contra eos qui licet ponerent vnum materiale principium, ponebāt tamen ipſum ſeparatum a contrariis.

Tex. 2. Determinatum, vſque. Quoniam autem quatuor.

Quoniam determinauit de principio materiali elemētorum. ideo determinat nūc de principio formali dicēs q̄ his. ſ. elemētis, & de grauib. & leuibus determinatum eſt in aliis lib. ſed cum prima corpora. i. elementa ſint hoc modo . ſ. ex materia vt eſt ſubiecta contrarietati determinandum eſt & de his in hoc libro. nam materiam quidem inſeparabilem a contrarietate & ſubiectam contrariis debere exiſtimare eſſe id, quod eſt primum & principiū ſup. elementorum ut ſunt tranſmutata, quod oporteat dare materiam ſubiectam vtrique contrariorum patet. quoniam calidum nō eſt materia frigido, nec frigidum, calido. ſed aliq̄d ſubiectum amborum, quod aliquando eſt ſub forma vnius, aliquando

autem alterius. deinde oſtendit quomodo hæc principia habent ordiné adinuicem dicens quapropter principium tranſmutationis eſt materia quæ eſt potentia & corpus ſenſibile, vel eſt huiuſmodi principium ipſum corpus ſenſibile, quod eſt potentia ad contrarietates, & etiam principiũ tranſmutationis ſunt ipſæ contrarietates, ut calidum & frigidum, & ipſa elementa, ut ignis, & aqua: ſed hæc principia habent ordinem adinuicé. quoniam primum tale principium eſt corpus ſenſibile potentia. Secundo ſunt contrarietates. Tertio ſunt elementa. vt ignis aqua & talia, deinde reprehendit Emped. dicẽs qđ hęc elementa tranſmutantur adinuicé: cũ dictum ſit ea eſſe ſubiecta contrariis, & non ſunt tranſmutata vt Empedocle & alij dicunt. nam ſi elementa eſſent tranſmutabilia ſecundum ſubſtantiam, vt ponebat Empedoc. non eſſet vna materia eorum, & per conſequés neq, eſſet alteratio, quia contrarietates non tranſmutantur adinuicem. caliditas. n. non fit frigiditas. nec ſufficit dicere qualitates contrarias eſſe differentias formales elementorũ, vt ſũt actiua & paſſiua, ſed nullo modo dicendũ eſt qualia & quanta ſunt principia corporis elementaris. quod eſt dicere. dicendum eſt quales, & quot ſunt huiuſmodi qualitates ſenſibiles differentiæ formales. Alii. n. inſufficienter tradentes non oſtendunt, quare huiuſmodi principia ſunt hęc aut tanta ſed ſupponétes huiuſmodi principia eſſe, eis vtuntur. deinde oſtendit tales differẽtias formales eſſe qualitates tangibiles: dicens, quod nos quærimus principia corporis ſenſibilis: hoc autem ſenſibile corpus, quod quærimus eſt tangibile. Et quoniam id tãgibile eſt cuius eſt ſenſus tactus ideo manifeſtum eſt quod non omnes qualitates corporis, nec omnes qualitates ſenſibiles faciunt, & ſpecies ſiue formales differentiæ & principia elementorum, ſed recte facientes ſolum faciũt talia principia qualitates quæ ſunt ſecundum tactum. i. quæ differunt ſecundum tangibilem contrarietatem. deinde alias contrarietates oſtendit dicens, quod nec albedo, neque nigredo, neq; dulcedo, neq; amaritudo, & ſimiliter neq; alia aliarum contrarietatum ſenſibilium ab aliis ſenſibilibus quam a ſenſu tactus. nulla. ſ. talium facit elementa. i. principium elementorum, vel eſt differentia formalis eorum vt ſunt tangibilia, vel aut ſunt actiua & paſſiua. ſpecifice: deinde oſtendere vult quæ ſint huiuſmodi qualitates quoniam multæ ſunt dic. dicendum eſt contrarietates ipſorum tangibilium, & oſtẽdendum eſt quæ ſunt primæ differẽtiæ & contrarietates tangibiles. ſunt autem cõtrarietates ſecundum tactũ hę ſeptem calidum, & frigidum. Secunda humidum & ſiccum. Tertia graue & leue. quarta durum & molle. Quinta lubricum & aridum, Sexta aſperum & lene. Septima groſſum & ſubtile. harum qualitatum tangibiliũ graue quidem & leue non ſunt actiua & paſſiua: quoniam non deſcribũtur, nec diffiniuntur graue & leue. i. faciendo aliquid aliud, neq; in patiẽdo ab alio; & quia elementa vt de eis loquimur oportet eſſe actiuia & paſſiua adinuicem, iõ ad propoſitũ ſpectat graue & leue nõ pñt eſſe elemẽtorum principia. calidum. n. & frigidum poſſunt eſſe huiuſmodi princi-

pia;

Digitized by Google

pia;quia ſunt actiua. Nam calidum eſt actiuum:quia congregat homogenea,& ſeparat etiã etherogenea. Ideo dicunt ignem facere ſegregare alienigena & etherogenea, congregare aũt homogenea quæ ſunt eiuſdẽ tribus.i. prolis: ſed extollit & ſegregat alienigena, ſupp. etiam frigidum eſt actiuum, quia congregat omnia vniformiter, ſiue fuerint ſingenea omnigenea,i.homogenea,& non eiuſdẽ tribus ſicut etherogenea. deinde oſtẽdit humidum & ſiccũ eſſe talia principia. quia ſunt paſſiua dicens, quod humidum habet rationem paſſiui, eſt .n. humidum indeterminatum proprio termino, eſt bene ens terminabile termino alieno: ſiccum autem ecõtra eſt bene terminabile termino proprio, & difficile terminabile alterius termino.& quoniam bene terminari ſiue termino proprio ſiue alieno ſonat in paſſionem, ideo humidum,& ſiccũ paſſiua ſunt. oſtendit alias qualitates tangibiles non poſſe eſſe talia principia, quia non ſunt qualitates primæ dicens, quod ſubtile & groſſum, lubricum,& aridum, durum & molle, & aliç differentiæ tangibiles non ſunt primę, ſed ſunt ex his, i. ad has reducuntur. ſ. ad humidum & ſiccum: quia humidum eſt quid repletiuum: eo quod non eſt determinatum termino proprio,& eſt bene terminabile termino alieno,& quia humidum tangentem; quoniam accipit formam & figuram eius quod tãgit, ideo humidum eſt repletiuũ, aqua .n.& quodlibet ſubtile repletiuum eſt, immo ſubtile eſt maxime repletiuum. eſt.n. repletiuũ paruarũ partiũ p poros: nãq; eſt de rõne ſubtilis qđ totũ attingat, ſubtile.n. ſecundũ qđ hmõi ſic ſubijcitur qđ totũ attingit, & replet totum: at qm̃ replere rei cõuenit per naturã humidi, manifeſtũ eſt qđ ſubtile erit humidi,& ſi ſubtile eſt humidi, & reducit̃ in humidũ; groſũ ſicci erit & in ipſũ reducet̃. lubricũ reducet̃ in humidũ lubricũ. n. eſt humidũ paſsũ aliqd a ſicco velut oleũ, qđ eſt lubricũ & viſcoſum: qa eſt ibi & ſiccitas annexa humiditati; qm̃ cum inabundat humiditas, lubricum, reducitur in humidum, aridum aũt in ſiccum. eſt.n. aridum qđ eſt perfecte ſiccum quapropter & coagulata videntur arida, & ſicca pp defectum proprię humiditatis, deficit.n. in talibus propria humiditas. quoniam eſt conſtricta. propter coagulationẽ. deinde reducit molle durum dicens molle erit humidi. nam molle eſt id quod ſubiicitur in ſeipſum.i. quod cedit & non reſiſtit, & quoniam hoc facit humidum & eſt proprium eius cedere & non reſiſtere, ideo non eſt humidum reducibile in molle, ſed molle eſt humidi, & in ipſum reducitur. participat.n. molle proprietates humidi, non econtra. durũ aũt eſt ſicci. namq; durũ eſt quaſi idem quod coagulatum: coagulatum autem eſt ſiccum. i. reducitur in ſiccum vt dicebatur prius, ergo & durum in ſiccum reducetur. deinde diuidit ſiccum & humidum. dicens qđ humidum & ſiccum dicunt̃ multipliciter. opponitur. n. ſicco humidum, & vdũ & rurſum humido opponitur ſiccum & coagulatum,& omnia hęc prout ſunt in elementatis ſunt ſicci & humidi dictorum primorum.i. ſicca ſunt ac humida prout ſunt in elementis. ſunt.n. aliquo mõ primę qualitates in elementatis. tameņ nõ ſunt

coniunctiones primarum qualitatũ rationabiliter aſſecutum eſt his quæ apparent ſimplicia corpora. ſ. igni, aeri, aquæ, & terræ. nam in his quatuor corporibus reperiũtur prędictę quatuor coniunctiones. q̃a ignis eſt calidus & ſiccus: aer calidus & humidus. nam aer eſt velut euaporatio quædam quæ eſt calida, & humida: aqua eſt frigida & humida, terra frigida & ſicca. Vt ergo rationabiliter diſtribuantur primæ differentiæ primis corporibus ſecundum rationem ſit multitudo eorum videlicet, primorum corporum ſupple ſecundũ multitudinem primarum qualitatũ. ſunt .n. quatuor prima corpora quæ ſunt quatuor primæ qualitates, & ſunt earum quatuor coniunctiones poſſibiles. adducit opiniones antiquorum ad confirmandam veritatem prædictam, dicens quod non eſt ponendũ plura elementa quam quatuor: nam qui faciunt corpora ſimplicia eſſe elementa, hi faciunt vnum tale corpus alij autem duo, alij tria, quaternariũ autem numerum nullus exceſſit. Quicunq; dicunt vnum ſolum eſſe elementum, addunt illi elemento, materialia alia principia formalia & actiua: deinde ex illo principio materiali per raritatem & denſitatem generantur alia: contingit autem his facere duo principia formalia, vt rarum & denſum, calidum & frigidum, quoniam hæc ſũt principia actiua & vnũ ſupponitur eis tanquam materia. Qui mox faciunt duo principia vt Parm. & Meliſ. qui ponunt ignem & terrã, faciunt mediam mixturam horum, puta aerem & aquam quæ ſunt media inter ignem & terram, dicunt eſſe mixturam terræ, & igni s. ſimiliter quidam dicũt eſſe tria principia quẽadmodum Plato in libro vel tractatu de diuiſione, dixit eſſe tria principia .ſ. magnum, paruum, ideam autem ponebat medium inter magnum, & paruum, quoniam influebat in materiam magis, & minus diſpoſitam, huiuſmodi ideam dicebat eſſe mixturam, quia influebat formam & materiam quę ei amiſcebatur. tamẽ qui dicunt tria & qui duo elementa eſſe, quaſi idem dicunt. vtriq;. n. horum ponunt extrema & medium, ſed differenter: quia hi qui ponunt duo elementa incidunt. i. ſecant medium in duo. hi uero qui tria ponunt principia faciunt vnum ſolum medium. deinde ponit de poſitione Empedoclis dicens quod quidam mox dicunt eſſe quatuor principia, vt Empedoc. & hæc quatuor principia congregat in duo contraria, quia igni contraponit alia omnia. dicebat. n. quod ignis & aer & vnumquodq; elementorũ nõ eſt ſimplex vniuerſaliter, ſed poteſt eſſe mixtum. & ponebat quod elemẽta ſimplicia ſunt ſimilia, mixtis elementis: non tamen eadem eis. v. g. ſimile igni dicebat eſſe igneum & non ignis. ſimile aeri aerem. ſimiliter ergo in aliis ignis autem purus ſecundum ipſum eſt ſuperabundantia caliditatis. ſicut glacies frigiditatis. nam ſicut glacies dicitur coagulatio, ſic ignis dicetur arſio, quia talia ſunt q̃dam ſuperabundantia. Nam hæc. ſ. coagulatio eſt ſuperabundantia frigiditatis, hæc. ſ. arſio ſuperabundantia caliditatis: propter quod ſi glacies eſt coagulatio humidi & frigidi, ignis erit arſio calidi & ſicci. cum ergo Empedocles ſic. ponebat elementa ex eis fieri generationẽ, quia pone

bat ex elementis puris denominantibus ſuperabundantiam nihil generari: dicebat quod nihil generatur neque ex glacie, neque ex igne, ſed ſupple fit generatio ex mixtis. deinde determinat de loco elementorum dicens entibus quatuor corporib. ſimplicibus vnumquodque duorũ primorum corporum eſt locus vtrique .i. alijs duobus corporibus. nã ignis eſt locus aeris, & aqua eſt locus terræ: ideo ignis & aer habent vnam differentiam loci, vt eius loci qui ad terram ſurſum fertur. terra quidem, & aqua feruntur ad medium deorſum. & ſi ergo ſint quatuor corpora, competunt tamen eis, duæ differentiæ locorum ſurſum, & deorſum, & ſecundum has differentias ſaluamus in eis generationem & corruptionem, qa quantum generans dat elemento de forma, tantum dat ei de loco. Tamen eſt aduertendum quod licet quatuor elementis duas demus differentias, ſurſum, & deorſum, non damus eis eas vniformiter ſed extrema, vt ignis & terra habent has differentias puras media aũt ut aqua & aer habẽt diſpoſitionem ad extrema. i. ad ignem & terram. nam igni cõtrarium eſt aqua: aeri autem terra: ſunt. n. cõſtituta hæc ex contrariis paſſionibus. deinde de ordine determinat. ſ. elementorum dicens qđ cũ elementa ſint ſimpliciter quatuor entia hẽntia binas ac binas qualitates, vnũquodq; tamen elementorum eſt magis vnius qualitatis quã alterius. vt terra eſt magis ſicci quam frigidi, aqua magis frigidi q̃ humidi, aer magis humidi quam calidi, ignis magis calidi quam ſicci. hę igitur qualitates per principium cõpetunt elementis ipſis.

Tex. 4. Quoniam vſq;. Si autem vniuſcuiuſque.

POſtquam de qualitate elementorum determinauimus, & quomodo differenter ordinantur in ſuis locis, & quem ordinem habent ad ſuas qualitates ideo hic determinaĉ de tranſmutatione elementorum. & oſtenditur quomodo generantur, & corrumpuntur adinuicem dicẽs qm̃ determinatum eſt prius. ſ. in libro cęli. quod generatio eſt ſimplicib. corporibus ex inuicem. ſimiliter etiam & ſecundum ſenſum videntur hæc elementa generata ex inuicem, non. n. eſſet alteratio elementorũ niſi poſſet eſſe eorum generatio, alteratio. n. eſt ſecundum paſſiones tactus. paſſio autem tangibilis magis facta abijcit a ſubſtãtia. patet ergo generationem eſſe poſſibilem. poſt q̃ ad ſenſum elementa videmus alterari ſecundum tãgibiles qualitates. ſuppoſita ergo eorum tranſmutatione dicam quis eſt modus tranſmutationis elementorũ adinuicem, nũ oẽ ſit poſſibile ex omni generari, aut hoc eſt poſſibile, hoc autem impoſſibile, ita quod non qđlibet. elementum generatur ex quolibet ſed manifeſtum eſt quod omnia alia huiuſmodi corpora innata ſunt adinuicem tranſmutari. Nam generatio eſt in contraria & ex contrariis: elementa autem omnia habent contrarietatem adinuicem quia differentiæ eorum, i. primæ qualitates cõtrariæ ſunt; ſed his. i. aliquibus talib. corporibus ſunt ambæ differentię cõtrariæ igni: ergo & aqua, quia hoc. ſ. corpus ignis eſt ſiccum & calidum, hoc autem ſupple aqua eſt quid frigidum & humidum: ſed his. i. aliquibus

bus talibus corporibus eſt contraria alia qualitas ſolum.v.g.aeri & aquę: hoc.n.ſ.aer eſt quid calidum & humidum:hoc autem.i.aqua eſt frigida & humida:eſt igitur in talibus maior & minor contrarietas.tamen eſt contrarietas in omnibus: & quoniã omnia adinuicem ſibi contrariantur oĩa ſunt adinuicem generabilia. ideo cõcludit dicens manifeſtum eſſe quod omne eſt innatum generari ex omni quia ſecundum prædicta iam nõ eſt difficile videre ſecundum vnumquodque tale corpus,quomodo omnia erũt ex omnibus,quia ex quo in vnoquoque eſt contrarietas ſecundum vnumquodq; erit generatio. deinde oſtendit modum generationis eorũ dicẽs, quod differt generatio ſecundorum corporum in citius & tardius & in facilius & difficilius, quoniam quæcunque habent ſimbolum,& cõuenientiam adinuicem horum velox erit tranſmutatio:quæcunque autem non habent,tarda erit eorum tranſmutatio:& ratio eſt, quoniã facilius eſt unum quam multa tranſmutare. v.g.ex igne erit aer altero trãſmutato ſeu facta traſmutatione in altera qualitate. ideo erit eorum tranſmutatio velox quia habent ſymbolum.i.conueniẽtiam.Eſt.n.hoc.ſ. ignis quid calidum & ſiccum:hoc autem.ſ.aer calidum & humidum:quapropter ſi dominabitur, ſiccũ ab humido aer erit. i.ignis fiet aer : rurſus autem ex aere aqua fiet quia dominabitur calidum a frigido.nam aer eſt calidus & humidus,aqua & frigida & humida.ergo non differunt aer & aqua in humido,quia tranſmutato calido & facto frigido,aer,aqua erit.Eodem autẽ modo ex aqua,terra ignis fieri poterit,habent.n.ad ambo ſymbola.i.cõuenientiam.aqua.n.conuenit cũ terra cũ ſit humida & frigida, terra autem frigida & ſicca, quare dominante humido terra erit.i.fiet aqua,& rurſus quoniam ignis conuenit cum terra quia ignis eſt calidus & ſiccus,terra frigida,& ſicca,ſi corrumpatur frigidum terræ ignis erit ex terra.deinde intentum concludit dicens, quod ſimplicibus corporibus erit generatio & in circuitu,& erit facilis hic modus tranſmutationis,quia exiſtit conuenientia his.ſ.elementis, quæ deinceps ſe habent conuenienter.deinde vult oſtendere in quibus ſit tranſitus dicens, quod ſi ex igne fiat aqua ex aere terra,& rurſum econtra,ſi ex aqua conuenit quidem generari ignẽ & ex terra aerem,hoc erit difficilius, quoniam eſt tranſmutatio plurium qualitatum, neceſſe eſt enim ſi ex aqua erit ignis corrũpi in aqua vtraſque qualitates.i.frigidum , & humidum:& rurſus ſi ex terra fiet aer, oportet corrumpi in terra duas qualitates videlicet frigidum,& ſiccum:ſimiliter etiam ſi fiat econtra, vt quod ex igne fiat aqua,& ex aere terra,neceſſe eſt trãſmutare ambo.i. ambas qualitates,q̃a in talibus nõ eſt conueniẽtia,ergo eorũ erit tardior generatio.

Tex.5. Si autem, &c. vſque. Sed tamen adhuc.

NVnc demonſtrat Philoſophus quomodo ex pluribus talibus corporibus generatur vnum dicens, quod ſi accipiantur duo elemẽta quorum vniuſcuiuſq; corrumpatur altera qualitas, huiuſmodi tranſmutatio erit facilis,ſed non erit adinuicem, quia vnum illorum elementorum

non

non conuertetur in aliud, ſed ex duobus conſtituetur tertium, vt ex igne & aqua poterit eſſe terra & aer, & ex aere & terra ignis & aqua. ſed aduerte quod ex duobus elementis nunq̃ poteſt fieri tertium, niſi illa duo habeãt cōtrarietatem adinuicem ſecundum vtráq; qualitatem. Quãdo aquę corrumpitur frigiditas & ignis ſiccitas, aer erit. relinquitur.n. calidum ignis, & humidum aquæ, & quia aer eſt calidum & humidum, ex talibus duobus generabitur quoddam tertiũ vt aer. poteſt etiam ex igne, & aqua generari aliud tertium, vt terra, quia ſi corrumpitur calidum ignis, & humidum aquæ, terra erit, quoniam ex tali corruptione relinquitur ſiccum ignis frigidum aquæ: ſequitur ergo inde terrã generari quæ eſt frigida, & ſicca. ſimiliter autem ex aere & terra quæ opponuntur in vtriſque qualitatibus poterit videri generari dupliciter tertium, vt ignis & aqua: quia quando corrumpetur calidum aeris, & ſiccum terræ, aqua erit, relinquit.n. humidum aeris & frigidum terrę quæ ſunt qualitates aquæ; ſed ſi corrumpetur aeris humidũ & terræ frigidum generabitur inde aliud tertiũ vt ignis, q̃a relinquitur calidũ aeris & ſiccum terræ, q̃ erant qualitates ignis huius.n. generatio ignis eſt manifeſta ſenſui; & maxime cũ generatur ignis flamma: hæc autem flamma eſt fumus ardens. fumus autem fit ex aere & terra. oſtendit deinde ex quibus duobus non poteſt generari tertium dicens, quod in his elementis quæ ſe habent per conſequentiã non conuenit ex duobus talibus fieri trãſmutationem in vnum corpus: quoniam non conuenit ex eis generari tertium corrupto in vtroque talium altero elementorum. i. altera primarum qualitatum, quia relinquunt in ambobus talibus, ut eadem qualitatum, aut contraria: ex neutro autem non contingit generari corpus elementare. elementum. n. nec conſtat ex vna qualitate tantum nec ex qualitatibus contrarijs. v. g. ſi corrumperetur ſiccum ignis & humidum aeris. i. ſi corrumperetur in eis qualitas contraria, non fit ex eis tertium, quia relinquit in ambobus qualitas vna, & eadem, vt calidum, ex vna.n. qualitate non fit elementum. ſi verò ex vtroque corrumpatur qualitas ſymbola, vt calidum, non fiet inde tertiũ, quia relinquitur qualitas contraria, vt ſiccum & humidum, ex quibus cũ ſint contraria nō poteſt conſtare vnũ & idem elementum: ergo nullomodo ex igne & aere fiet. Tertium ſiue corrumpitur in eis qualitas ſymbola ſiue contraria; & quod diximus de igne & aere, ſimiliter intelligendum eſt in alijs ſe habentibus conſequenter: quoniam in omnibus his quæ ſe habent per conſequentiã exiſtit hæc qualitas eadem, hoc autem contrarium. namq; omnia conſequenter ſe habentia differunt in vna qualitate, & conueniunt in alia. deinde concludit dicẽs manifeſtum eſſe quod quãdo ex vno fit tranſmutatio in vnum, vt cum vnum elementum generatur ex vno elemento, talia generantur, & tranſeunt vno corrupto: ex corruptione namque vnius qualitatis poterit generari vnum elementum ex alio: ſed quando ex duobus elementis fit vnum elementum, ſemper fit talis generatio pluribus qualitatibus corruptis. epilogat deinde dicens dictũ eſt

quod

quod ex omni elemento generantur omnia elementa, & dictum eſt quomodo eſt tranſmutatio elementorũ ex inuicem, & quomodo generantur ex inuicem.

Tex. 6. Sed tamen adhuc. vſq; Quoniã autem quæ tranſmutantur.

PRobauit ignem & aquam, & terram trãſmutari ad inuicé. Nunc probat omnia talia corpora, prima corpora tranſmutata, & ſi ſunt prima corporea, talia ſunt elementa dicens ſed tamen (quoniam oſtenſum eſt ignem aerem & terram corpora eſſet tranſmutata adinuicem) adhuc inſpicimus de eis, ſi materia huiuſmodi naturalium corporum ſupple eſt aliquod corpus, vt quibuſdam videtur, quod ſi aqua aut aer, & quę ponuntur eſſe talia, quæ ſunt aliquorum materia vel erunt vnum vel duo vel plura. vnum autem non eſt poſſibile oĩa talia corpora eſſe vnum. v. g. omnia eſſe aerem aut aquam, aut ignem, aut terram, quia tranſmutatio eſt in contraria, & ſi eſt aer hoc corpus ex quo omnia ſunt, aer permanet, ſed permanente aere, vel alio corpore, quod poteſt eſſe materia aliorum, & facta tranſmutatione in cõtrariis qualitatibus alteratio erit, nõ generatio. nota tamen ſubiectum tranſmutationis oportere in tota tranſmutatione manere. aliam rationé adducit dicés quod nõ videtur quod idem corpus ſit ſimul aqua, & aer, aut quod ſit aer, & quodunq; aliud corpus. patet igitur quod erit aliqua contrarietas, & aliqua differétia. ſ. inter talia duo corpora, cuius contrarietatis altera habebit aliquid. i. erit in aliquo illorũ corporum, & alia particula ſupple erit in aliquo. v. g. ſi ignis habebit contrarietatem caliditatem alia particula cõtrarietatis vt frigiditatis erit in alio corpore: ergo ſi vnum & idem erit, plura corpora ſimul in eodm erunt contraria quod eſt abſurdum. deinde quandam cauillationem remouet diceret. n. forte aliquis hoc modo ex aere eſſe omnia alia, quia aer infrigidatur, & efficitur aqua, calefit & efficitur in ignis, ita quod ignis nihil eſt aliud quam aer calidus: ideo dicens Phil. quod ignis non eſt aer calidus, quia talis alterõ eſſet, non videtur aũt quod cum ſit ex aere ignis, quod ſit ibi alteratio ſolum. deinde aliam adducit rationé dicens, quod ſic dicendo ſimul cum hoc inconuenienti qđ generatio erit alteratio, aliud inconueniens ſequitur, nempe quod in eodem erũt oppoſita. quia ſi ruſſus aer erit, i. fiet ex igne calido, quia tranſmutatio eſt in contrarium, exiſtet igitur aeri hoc. ſ. oppoſitum calidi, & erit aer aliquid frigidum. ergo dicere aerem calidum, cum aer ſit quod frigidum, eſt dicere quod frigidũ eſt calidum, quare impoſſibile eſt ignem eſſe aerem calidum, quia idem ſimul erit calidum, & frigidum. deinde cõcludit quod omne illud ex quo ſunt omnia elementa non eſt corpus aliquod ſenſibile, vt elementum aliqđ, ſed eſſe materiam communem dicés quod erit aliqua materia communis, & ignis genitus, & aer ex quo generatur erunt aliquid idem: quia habebit eandem materiam, quæ materia erit aliquid aliud præter ambo, quia de ſe non erit in actu aliquid illorũ, ſed erit in potentia vtrumque. Et eadem ratio eſt de ambobus aliis elementis, quæ eſt de igne, & aere, quoniam

niam non eſt vnum elementum vel vnum ſenſibile corpus ex quo ſunt omnia alia elementa, ſed eſt vna materia communis ex qua ſunt huiuſmodi corpora. ſic illud ex quo ſunt alia elementa eſt aliquod medium commune: ſed huiuſmodi medium eſt materia & non eſt medium corpus quod ſit aliquid aliud præter elementa, non quod ſit medium aquæ, & aeris, vel aeris & ignis, ita quod ſit illorum aut groſſius horum aut ſubtilius, ponentes.n. tale corpus mediũ inter ignem, & aerem dicebãt illud eſſe igne groſſius, aere ſubtilius, vel erat aere groſſius, & aqua ſubtilius, ſi erat medium inter aerem & aquam. quod autem tale corpus non poſſit eſſe illud ex quo ſunt elementa, patet, qa tale corpus non admittens contrarietatem propriam fiet aer & ignis, quod eſt abſurdum. remouet quãdã cauillationem. diceret. n. forte aliqs hoc corpus eſſe priuatum contrarietate, ideo qualitates ignis ſuſcipit, & fiunt in eo ſolum qualitates ignis, & non aliæ. ideo dicens priuatio eſt annexa alteri contrariorum, nunquam .n. proprie aliquid priuatur ſua forma, niſi quia induitur forma contraria: quapropter illud corpus non cõuenit nunquam eſſe ſeparatum a contrarietate, immo cum ponitur priuatum uno contrario ponitur indutum alio, non eſt igitur vt quidam dicũt corpus aliquod medium comprehẽdens alia, vt ex eo alia omnia generẽtur & ſic indeterminatum, & ſeparatum a contrarietate. deinde concludit intentam concluſionem dicens, ꝙ quodcunque elementorum horum eſt ſimiliter ponendum principium, & elementum, quia vnum non eſt elemẽtum & principium reſpectu alterius, aut ergo ſunt principia & elementa aut non immo ſi nullum corpus ſenſibile, eſt prius eis, omnia hæc erunt vtique ſupple principia elemẽta. deinde epilogat circa hæc dicens, quod neceſſe eſt hæc elementa aut eſſe ſemper manentia & immutabilia adinuicem, aut eſſe traſmutatã, hoc autem non ſicut Plato poſuit in Thimeo, qui poſuit terram tranſmutabilem, quia figura non erat apta ad trãſmutationem: ſed quoniã neceſſe eſt ſecundum veritatem elementa tranſmutari dictum eſt prius. & etiam qđ non ſimiliter cito nec ęque velociter aliud elementum fit ex alio, quoniã habentia ſymbolum, & conuenientiam citius generantur adinuicem, non habentia autem tardius. Quod ſi contrarietas ſecundum quam tranſmutantur elementa eſſet vna, neceſſe eſſet eſſe duo contraria. quælibet. n. oppoſitio contrarietatis habet duo extrema contraria, & ſi ſic eſſet ad illa duo contraria haberet ordinẽ materia, quæ eſſet quid mediũ inter ea, & de ſe eſt inſenſibilis, quia eſt quidẽ in potentia: eſt tamen ſecundum actualem exiſtentiam inſeparabilis a contrarietate. ſic igitur diceremus ſi cõtraria eſſent inde duo: ſed quoniã contraria videntur eſſe plura entia ad minus erunt duæ contrarietates, ſecundum quas erit tranſmutatio elementorum. entibus autem duabus cõtrarietatibus, quia ad minus oportet tot ponere, cum quælibet contrarietas habeat duo extrema contraria tantum, ſed quatuor quemadmodum manifeſte apparet, calidum.n. & frigidum humidũ & ſiccum, ſunt duæ oppoſitiones contrarietatis, & ſunt

vnius contraria ſecundum quod trāſmutantur elementa,& quot ſunt ibi contraria,tot ſunt eorum coniunctiones poſſibiles, & tot ſunt elementa, quoniam ſeu exiſtentibus cōiunctionibus talium qualitatum ſecundum duas impoſſibile eſt generari elemētum quia ſunt contraria adinuicem. ſed de his dictum eſt ſupra.

Tex. 7. Quoniam. vſque. Admirabitur autem aliquis.

QVoniam probauit vnum elementū non eſſe principium aliorum,eo quod non poterat poni aliquod elementum eſſe aliquod materiale ſubiectum, quoniā tunc generatio & contraria eſſent in eodem.ideo in præſenti hoc idem oſtendit tamen alia ratione dicēs q̄m quidem tranſmutantur adinuicem omnia elementa impoſſibile eſt aliquod elemētum eſſe, principium aliorum elementorum. ſi diceret quis quod elementum tranſmutatur in ꝓximum elementum & non in remotum,ut aer tranſmutatur in ignem & in aquam,& aqua in aerem & terrā, ſed extrema non amplius tranſmutātur adinuicem dicit, quod oportet ſtare in elementis ad vtramq; partē .ſ.ſecundum ſurſum,& deorſum, & non ire in infinitum ſecundum rectitudinem. namq; ſi incipimus a terra deorſum & aſcendamus dicendo terra aqua aer &c.inuenimus finita elementa: ita etiam econtra. Nam ſi eſſent elemēta infinita,in finitæ qualitates eſſent in vnoquoq; elemento, q̄d eſt inconueniens.quod patet ſic ſupponatur hoc modo ſit terra. g, aqua y,aer a,ignis p,ſi a.i.aer tranſmutatur in p,& y,i.in ignem, & aquam contrarietas erit eorum quæ a p, i.aer habebit contrarietatem, ſit autem hæc contrarietas albedo,& nigredo: ideo quia a,in y mutatur,i.aer mutatur in aquam,erit alia contrarietas inter aerem & aquam, quam inter ignem & aerem. Nam non eſt idem p, & y, i. ignis & aqua,ſi ergo talia non ſunt eadem non poſſunt ad unū & idem eādem contrarietatem habere.ſit igitur inter aerem & aquam hæc contrarietas.i.ſiccitas & humiditas ita quod a conneniat ſiccitas, y aūt humiditas. quapropter ſi manet album, cum ex aqua fit aer, cum non manet niſi qualitas ſymbola aqua conueniat cū aere in albo:exiſtet ergo aqua humida & alba,ſi non erit alba nigra erit aqua:namque in contraria eſt tranſmutatio.ideo neceſſe eſt aut albā aut nigram eſſe aquam;ſi.n.erit nigra habebit maiorem contrarietatem ad aerem.ſi. n.erit alba habebit minorem contrarietatem.ſimiliter & p. i. ignis exiſtet y, ſiccitas, id eſt, exiſtet ſiccitas, quæ intelligitur per hanc literam y, ita quod accipitur æquiuoce.vno modo vt aquam nominat.alio modo ut nominat hanc qualitatem.ſ. ſiccitatem. conueniet ergo aer cum igne in ſiccitate,& cum aqua in albedine:ſed ſi habet aliam & aliam conuenientiam,& aliā & aliā contrarietatem aer cum aqua &cum igne,aqua & ignis ſic contrariabitur:& quia in contraria eſt tranſmutatio vnum in aliud tranſmutabitur. ideo dicit, ꝙ erit tranſmutatio p, ignis in aquam, contraria.n. exiſtit aqua igni. ignis .n.primo dicebatur eſſe nigrum in quo differebat ab aere,deinde aqua dicebatur alba, in quo conueniebat cum aere.qualitates igitur aquæ con-

trariantur qualitatibus ignis:ergo vnum in aliud tranſmutari poteſt.cōcludit deinde ex dictis omnium eſſe tranſmutationem. palam eſt quoniã omnibus ex adinuicem erit tranſmutatio,non ſolum in mediis, ſed etiam in his.i.in extremis.nam in g, terra exiſtunt reliquæ duæ qualitates ſymbolæ, videlicet, nigrum & humidũ. erit igitur terra aeri contraria : quia qualitates terræ non coniunguntur vnquam cum qualitatibus aeris, ſed eis contrariantur. terra igitur tranſmutabitur in ipſum aerem. ergo nõ eſt poſſibile ire ĩ infinitũ qđ ex priori intentione ad hoc uenimus, vt oſtenderemus ſtatum in elementis, vt manifeſtum eſt ex his dictis. probat deinde huiuſmodi ſtatum dicens,qđ ſi rurſus ignis p,trãſmutatur in aliud .i.in quintum elementũ,& non tranſmutatur in elemẽta quæ ſunt ſub eo. v.g.a x.i.in quintum elementũ quod intelligitur per hanc literam x,contrarietas igitur erit inter p,& r:& illa contrarietas exiſtet alias prædictas. Nam cum huiuſmodi quintum elementum non ſit idem cum aliquo aliorum quatuor,quia x,non ponitur quod ſit idem cum g.i.a p, y, cum aliis quatuor,oportet quod p,habeat aliam contrarietatem ad x, quam ad alia,ſit ergo y,in p,& f in x,vtique exiſtit omnibus quatuor elementis videlicet.g,y,a,p,tranſmutant.n.ad ſeinuicem.q.d.quod poſito quinto elemento oportet dare ignem habere qualitatem ab his quæ habet vt per eam contrarietur quinto elemento, & cum ipſo tranſmutetur, ſic etiam hanc qualitatem oportet dare omnibus aliis elementis,quia omnia ſunt adinuicem tranſmutabilia: quod ſi hoc quidem ſit neceſſe,nondum mõſtratum eſt,quod omnia ſint tranſmutabilia,illud tamen manifeſtum eſt, quod ſi rurſus x.i.vnum elementum in aliud tranſmutabitur i.in ſextum, alia erit contrarietas quæ exiſtet & g,& p,in aliis elementis, ſemper. n. addito elemento fit additio contrarietatis,quia aliqua contrarietas exiſtet his prioribus elemẽtis,ut poſſint differre ab elemento addito: quapropter ſi infinita ſunt elementa,quia infinita non poſſunt differre,niſi per infinita,cum vnumquodque elementorum oporteat differre a quolibet aliorum vni.i.vnicuique elemento, vt elementorum exiſtãt infinitæ qualitates contrariæ. ſed ſi hoc eſt ita nõ erit aliquid differre,quoniã illa diffinitio habebit infinitas differentias, & ita ſcientia deſtruetur,nec eſt aliquid generare, quia oportebit pertranſire infinitas qualitates, quod ſi fieri non poſſit non erit generatio, & per conſequens nec alteratio. deinde tria ponit inconuenientia, & principium eſt huiuſmodi, quod ſi ſunt infinita elementa in quædam eorum nunquam erit trãſmutatio: quoniam extrema nunquam tranſmutabuntur in extrema. v.g.ſi ſunt infinita elementa neceſſe eſt infinitum elementum pertranſire antequam deueniamus ad hoc quod extremum cõuertatur in extremum. Secundũ eſt. quod amplius eſt proximũ non trãſmutabitur in proximum, vt ex aere non erit tranſmutatio in ignem:quia infinitę ſunt contrarietates elementorum,& per conſequens infinitæ qualitates eſſent in vnoquoque. Tertium eſt.quoniam ponere infinita elementa & infinitas qualitates ex eis,eſt dicere

cere quod omnia elementa fiunt & ſunt vnum elementum:quia y,& oẽs qualitates infinitorum neceſſe eſt exiſtere his. ſ. ſuperioribus,quapropter omnia elementa erunt vnum.

Tex.8. vſq;. Amplius autem de motu.

QVoniam dixerat elementa eſſe adinuicem tranſmutabilia: ideo in particulari hic reprehendit Empedoc. qui hoc negauit dicens admirabitur aliquis aliquos dicentes elemẽta corporum plura vno ita tamen quod non tranſmutent ſe adinuicem, ſicut dicit, ac ponit Emped. quoniam ſi ſunt elementa in trãſmutabilia, quomodo contingit dicere eis, elementa eſſe comparabilia? tamen ſubdit quod hæc elementa contingit eſſe comparabilia & æqualia. vt dicit ipſe. probat hoc ſtare non poſſe dicens, quod ſi elementa ſunt æqualia & comparabilia ſecundum quantum, neceſſe eſt idẽ eſſe exiſtens in omnibus talibus comparabilibus quia quomodo menſuratur & adæquatur aliquid alicui ſecundum quãtitatem, ſupple ſi non exiſtit aliquid in eis quo menſuretur. q. d. nullo modo. v. g. ſi ex pugillo aquæ erunt decem pugilli aeris idem aliquid erit in eis: quoniam erit in vna & eadem materia, & ſic ambo. ſ. aer & aqua menſurantur eodem. ſi autem elemẽta non ſunt ſic comparabilia ſecũdũ quantum, vt fiat quantum ex quanto, ſed ſunt comparabilia ſecundum quantum poteſt. i. ſecundum virtutẽ & qualitatem. v. g. ſi pugillus aquæ dicimus quod poteſt æqualiter infrigidare, ſicut & decem aeris, & ſic ſecundum quantum virtutis non ſecũdum id quod eſt quantum molis ſiue ſecundum virtutem & non ſecundum quantitatem ſimpliciter comparabilia ſunt elementa, vt ſecundũ id quod poſſunt aliquid verum: quoniam æqualitas ſecundum potentiã & virtutem poteſt intelligi, vel ſecũdũ virtutes diuerſas, vt ſi diceremus tantum aquam poſſe infrigidare quãtum aerem calefacere, & hoc proprie nõ eſſet qualitas ſed proportio. Alio modo poteſt intelligi æqualitas ſecũdum eandem virtutem & qualitatẽ, & ſic magis menſuratur nomẽ æqualitas. vnde dicit, erit ergo non comparare menſuram quanti ſecundum potentias & virtutes diuerſas, ſiue ſecundum proportionem: v. g. vt hoc calidum, & hoc album: quia hoc æquale in eo quod æquale, in quali ſignificat ſimile, in quanto autem ſignificat æquale. deinde oſtenſo quomodo poſſit accipi æquale in qualitate arguit contra Empedo. dicens, quod inconueniens videbitur ſi corpora elementorum ſunt entia immutabilia, & non ſunt comparabilia proportione. i. ſecundum diuerſas virtutes & potentias, quia tunc non eſſent æqualia: ſed comparatur mẽſura potentiarum quod eſt eſſe æquale calidum aut ſimile, vt ſi diceremus quod modicum ignis habet vim tantam ſicut multum aeris. Cum igitur id & plus dicant aliquid homogeneos. i. aliquid eiuſdem rationis, ſi elementa ſunt ſic comparabilia vnum & aliud habebit talem reſolutionẽ, i. talem ꝓportionem quod cum ipſo in materia communicabit, & poterit in illud tranſmutari. ſed ſecundum Empedo. non erit augmentatio. Quia non poſuit augmentum fieri per alteratonẽ & per conuerſionem augmentatiuã in

in augmentum: ſed dicis augmentum fieri ſecundum adiectionem, vt ignis augetur igne, & ęther auget æthera, &c. hæc autem additio, quæ augentur inquam non videntur ſic augeri, ſed requiritur ibi alteratio & cōuerſio. Difficile.n. fuit Empedocli ſaluare augmentum, ſed multo difficilius erit tradere vel tractare de generatione ſecūdum naturam; quia quæ generantur ſecundum naturam, aut ſunt ſemper, aut frequenter: quæ autem ſunt ab euentu & a fortuna præter ſecundum & multum. quæ ergo eſt cauſa ex homine hominem generari, aut ſemper aut multū, & ex frumento frumentum, ſemper.n. aut ut frequenter ex ſimili ſimile producitur, non enim fit oliua ex frumento, ſed frumentum, fortuna ergo quę eſt ut raro horum cauſa eſſe non poterit. deinde oſtendit Empedoclē nō poſſe ſaluare generationem ponendo principia litem, & amicitiam & quatuor elementa dicens, quod ſi cō ponatur aut os aut caro non fit hoc fortuitu, quemadmodum inquit, ſed aliqua ratione. nam conuenientibus elementis vt contingit, i. fortuitu nihil generatur. ſemper ergo fit generatio per rationabilem vnionem elementorum. quæ igitur erit cauſa horum videlicet quod elementa mixta fiunt rationabiliter non fortuitu, vnum aliquid. hæc autem cauſa non erit ignis aut terra aut quatuor elemēta. quia cū hic ſint plura oportet dare vnum aliquod quod vniat hoc in mixto, ſed tamen patet quod huiuſmodi cā non erit amicitia aut lis: q̄a amicitia eſt ſolum cauſa congregationis, lis verò ſegregationis, ad hoc .n. quod plura fiant vnum mixtū nō ſufficit quod congregentur, ſed reſultet ibi vna natura, & vna forma vniēs huiuſmodi miſcibilia. deinde ſubdit quod hæc quæ eſt cauſa generationis vniuſcuiuſque eſt forma ſubſtantialis & natura vniuſcuiuſq;: & non ſolum eſt cauſa huiuſmodi mixtio, & ſeparatio mixtorum, quemadmodum Empedocl. inquit. Nam & fortuna quæ ſecundum ipſum faciebat ad generationē nominatur ad ęquale: quia non eſt magis cauſa quod ſit ſic quam aliter, ſed non eſt ratio, q̄d cauſa generationis non ſit magis cā quod ſit ſic quam aliter. quia oportet quod determinatæ generationis ſit cauſa determinata vel aliter fortuna quæ nominatur ad æquale, & nō magis eſt cauſa quod ſit ſic quam aliter: quia nullius eſt cauſa per ſe & determinate, ideo non eſt ratio quod ſit cauſa generationis: quia ſecundum iſtam viam non eſſet miſcere per ſe, & determinate, ſed vt contingit: Natura entium cauſa eſt quod ita ſe habent miſcibilia in mixto, & addit ꝙ natura vniuſcuiuſq; eſt hæc. i. generationis in vnoquoque, de qua natura eſt quid bonum & optimum in vnoquoque. deinde reprehendit hunc de mixtione dicens, quod hic ſupple Empedocles ſolum laudat mixtionē illam ſupple qua cōpoſitus eſt Deus. Volebat.n. quod Deus. i. orbis cęleſtis eſſet conflatus ex quatuor elemētis & amicitia ſine lite. ideo illā mixtionem laudabat: quia per hoc dicebat cęlum eſſe incorruptibile, quoniam ad compoſitionem eius ueniebat ſolum amicitia, non lis. quod philoſophus reprehendit dicens, quod elementa quæ ſunt ſecundum Empedoclem natura priora Deo cōgregat,

in

non lite ſolũ, ſed amicitia, dicitur autem hic. ſ. amicitia ſegregare elementa, erit igitur Deus. i. orbis cęleſtis corruptibilis. Nota tamen quod naturaliter vnumquodque habet maiorem amicitiam ad genus proprium quã ad alienum.

Tex. 9. *Amplius. vſq;. De elementis autem &c.*

HOc in loco reprehendit Philoſophus Empedoclum: propterea quod non potuit congrue ſaluare motum localem: nec locutus fuit, vt erat neceſſarium dicens, quod Empedocles loquẽdo de motu, dicit ſimpliciter hoc eſt non dat rationem dicti: quia non ſufficit dicere, quoniã amicitia & lis mouent. quia hoc non eſt de ratione amicitiæ, qđ moueat motu tali, ut quod congreget elemẽta, nec eſt de ratione litis, quod moueat motu locali. oportebat ergo determinare per rationem probabilem aut mõſtrare certe per ſyllogiſmum demonſtratiuum, aut ſupponere qualiter aliter ſic erat principium & per ſe notum. quod locutus fuit contra rationem patet. corpora videntur moueri vi, vel violenter, mouere autem vi eſt contrarium ei quod eſt ſecundum naturam. v. g. ignis ſuperius mouetur ſecundum naturam, inferius autem ſecundum vim. eſt igitur moueri quod eſt vi & quod eſt ſecundũ naturam, & quia eſt duplex motus, violentus & naturalis, hanc. ſ. motionem naturalem amicitia mouet, aut non q. d. non propter quod Emped. loquebatur contra rationem, quia ponebat amicitiam motu naturali, mouere, ſed nunquam congregantur elementa, niſi vel ignis deſcendat ad terram, vel terra aſcendat ad ignem: ſed eſt contra naturam terræ hoc agere, motus ergo naturalis non eſt congregationi, ſed illi aſſimilatur, tunc .n. mouentur elementa naturaliter quando ſegregantur, & quodlibet ad propriam ſphęram vadit. magis ergo lis eſt cauſa eius motus, qui eſt ſecundum naturam quam amicitia, quapropter, & vniuerſaliter præter naturam amicitia erit magis mouens quam lis. ſed contradicit ſibiipſi Empedocles, vt dicit Philo. quod ponebat quod ſimpliciter nullus eſſet motus corporum neque mora niſi amicitia aut lis moueat, ſed hoc eſt abſurdum: quoniam amplius præter amicitiam aut litem ſecundum ipſum videntur corpora eſſe mota a fortuna: ideo ſubdit quod ſegregauit quidem lis, i. aliquando lis mouit, ſed tamen inquit quod quandoqne ęther ductus eſt ſuperius non a lite, ſed a fortuna: tunc currens ſuperius conſtituit illum motum ſic. ſ. a fortuna, & a caſu, multotiens autem eſt aliter: quia nõ eſt talis motus a fortuna, ſed ab amicitia vel lite, ſic etiam inquit ignem innatum eſſe ſuperius agi, & tamen quandoque ipſe ęther vel ipſe ignis ſecundum Empedoclem ingrediebatur profundas cauernas terræ. videbat. n. Empedocles aquã aliquam eſſe naturaliter calidã, & ſubtus terram, aliquando eſſe ignem accenſum, ut huius cauſam redderet, dixit ignem intrare fortuitu radices & cauernas terræ. igitur ſibijpſi contradicebat dicendo nullum motum eſſe præter litem & amicitiam. & tamen aliquando ponebat præter hoc fieri motũ a caſu & fortuna. ſimiliter contradicebat ſibi, quia dicebat mundũ

ſimiliter

ſimiliter ſe habere nunc in tempore litis,& prius in tempore amicitiæ,vo lebat.n.quod ſicut nunc quod eſt tēpus litis ignis moueret ſuperius naturaliter & inferius a caſu. ita prius tempore amicitiæ quando erat illud chaos confuſum mouebatur ſimiliter,quid igitur eſt principaliter cauſa motus non eſt amicitia & lis; ſed amicitia & lis ſi eſt illud tale principium ēt cām motus cuiuſdā.i. motus particularis qa particularis motus eſt particulariter cā motus,quia eſt talis cā tempore amicitiæ, & lis tempore litis.ſed vniuerſaliter cauſa motus in omni tempore nec lis nec amicitia eſſe poteſt.deinde oſtendit quod nō potuit ſaluare omnes animæ alterationes dicens inconueniens eſſe animam eſſe ex elementis,aut eſſe aliqd vnum elementorum, quia hoc poſito quomodo erunt animę alterationes.v.g.muſicum eſſe,q.d.talem paſſionem animæ per elementa ſaluare non poſſumus. & rurſus ſine muſica quomodo ſaluabitur in anima, aut memoria,aut obliuio? Manifeſtū.n. eſt quod ſi anima, inerunt ei quæcunque ſunt paſſiones ignis ſecundum quam ignis;ſi autem anima nō eſt ignis nec eſt vnum aliquod elementum,ſed eſt miſcibile & eſt aliquid compoſitum ex elementis, paſſiones quæ inſunt animæ erunt corporalia ſolum,harum autem paſſionum nulla eſt corporalis.ergo ſi anima eſt elementum vel ex elementis non poterit ſaluari quomodo aut ſit muſicum,memoria & obliuio: quia huiuſmodi non ſunt corporalia: ſed de his eſt munus alterius contemplationis ſcilicet, in libro de anima.

Tex. 10. De vſque. Secundum id.

Determinauit de generatione elementorum,nunc vero de trāſmutatione eorum dicens,quod de elementis ex quibus ſunt corpora cōſtituta,in quib. videtur eſſe aliquod commune,i.quia videntur habere cōmunem materiam.ideo neceſſe eſt dicere de talibus elementis, quod contingit tranſmutari inuicem, neceſſe eſt.n.ſi alterum horum contingeret, & alterum.i. neceſſe eſt ſi elementa habent vnam mateaiā quod ſint trāſmutabilia inuicem, & econtra ſi sūt inuicem tranſmutabilia habent materiam.ſic ergo loquendum eſt de elementis ſecundum veritatem, ſed ꝗcunque hanc negant veritatem,& nō faciunt generationem eorum ex inuicem,nō poſſunt ſaluare mixtionem, neque ex vnaquaque re mixta elemēta generabuntur,niſi ſicut ex pariete generantur lapides. Inconueniens eſt.n.huiuſmodi poſito.quia hoc poſito quomodo ex illis elemētis erūt carnes.& oſſa, & quodcunque aliorum mixtorum.q.d.haud eſt poſſibile.deinde oſtendit quomodo ponentes tranſmutationem elementorum adinuicem ſaluant de difficili generationem, dicens quod exiſtentibus generationibus elementorum ex alterutris, quod dicitur ibi.i.generatio mixtorum,de qua intendimus dicere & tractare habet quæſtionem ac difficultatem, quia quomodocunq; generantur elementa ex inuicem difficile eſt videre quomodo generatur ex eis mixtū, quod eſt aliquid aliud præter elemeuta.dico autem.v. g. ex igne eſt aqua, & ex aqua contingit generari ignem, quia eſt eis aliquod ſubie-

ſubiectũ cõe ſed vtique, & caro, & medulla generantur ex eis, & quomodo vtique hæc mixta generantur difficultatem habet. deinde oſtendit negantes tranſmutationẽm elementorum non poſſe ſaluare mixtionem dicens, quod illis qui dicunt vt Empedocles, qui negabant tranſmutationem elementorum, quis erit modus mixtionis. veram. n. mixtionem ſaluare non poterant, neceſſe eſt. n. ſecundum eos mixturam eſſe compoſitionem elementorum, ſicut paries eſt compoſitus ex lapidibus, & lateribus, mixtura. n. hæc erit ex elementis ſaluatis & compoſitis adinui cem ſecundum parua. Sic itaque contingit ſe habere quod non ex qualibet parte carnis contingit generari ignem & aquam, & alia elementa, quoniam non quælibet pars mixti erit mixta: quemadmodum ergo ſi in cera imprimantur diuerſæ figuræ, ita qđ ex una parte generabitur ſphæra ex aliqua autem alia parte ceræ generabitur pyramidalis figura, ſic ergo elementa erunt in mixto diſtincta, & abſq; confuſione ſicut diſtinctæ figuræ poſſunt eſſe ĩ diuerſis partibus ceræ. Sed vt dicebatur de mixtione, ex alterutro. i. ex qualibet parte mixti cõtĩgebat generari alterutrũ. i. ex quolibet elementorum, hic igitur elementa hoc modo generantur ex carne, quia ex qualibet parte carnis generantur vtrumque, & etiam omnia miſcibilia, ſed eis qui dicunt hoc modo non contingunt iſta, ſed vt ex pariete generantur lapides & lateres, quia alterutrum ex alia parte, & alio loco generantur. ſic generabuntur miſcibilia ex mixto, quoniã ex alia, & alia parte mixti generabitur aliud & aliud elementum: ſic ergo loquẽtes nõ poſſunt ſaluare mixtionem. deinde oſtendit quod concedentes tranſmutationem elementorum mixtionem de difficili ſaluant, dicens, quod ſimiliter facientibus vnam materiam eorum elementorũ ſi volunt ſaluare mixtionem, habet aliquam difficultatem. nam quomodo erit mixtio ex ambobus v.g. quomodo erit aliquid ex calido & frigido, aut ex igne & aqua, ſi. n. caro eſt ex ambobus, & eſt neutrum horum, quia nec eſt ignis nec aqua, neq; rurſus ſaluatorũm compoſitio, quoniã non manent elementa in mixto ſaluata ſub propria forma, quid relinquetur ex illis elementis niſi materia: corruptio. n. alterius elementi vel facit alterum elementorum, vt ſi vnum in aliud corrumpatur, aut facit materiã ſi non corrumpatur vnum elementũ in aliud, ſi reſultet ex his elementis mixtis aliquid commune vtriſque: & quoniam non eſt eis, quid cõmune niſi materia, & quoniam relicta ſola materia non fit mixtum non erit mixtio ex eis. deinde ſoluit dicens, quapropter quoniam contingit eſſe aliquid magis & minus frigidũ quãdo quidem contraria ſegregantur, ſed alterum eſt ſimpliciter in potentia, alterum vero in actu. i. ſi alterum potentius dominatur non erit mixtio, ſed erit generatio alterius elemẽti. ſed quando alterum contrariorum non dominatur omnino, ſed generabitur ibi aliquod mixtum quod eſt vt calidum & frigidum, & vt frigidum & calidum: quia non eſt aliquod cõtrariorum ſimpliciter, ſed retinet aliquid de vtroque; quia tunc miſcẽtur & corrumpuntur intentiones & ex-

cellentiæ contrariorum adinuicem, & veniunt ad quoddam temperamẽtum, ideo tunc nec erit materia tantũ nec actu ſimpliciter alterum illorum contrariorum, ſed quoddam mediũ ex vtriſque reſultabit.

Tex. 11. Secundum id. vſque. Quia vero ſunt quædam, &c.

NVnc determinat modum mixtionis dicens ſecundum quod vnum elementorum eſt potentia magis calidum aut frigidum, vel contra quia forte eſt vnum calidum, vel vnũ frigidum, ſecundum hanc rationem miſcibilium erit ratio, & modus mixtionis. poteſt ergo eſſe mixtum ratione. i. rationabiliter, vel ratio ne ipſorum miſcibilium potentia. i. virtute dupliciter vel tripliciter calidum vel frigidum, vel ſecundum alium talem modum, & quia ſic miſcibilia reſeruantur in mixto, ideo vtique erunt alia mixta ex contrarijs, aut ex elementis contrarijs, & alia elementa erunt potentia ex illis qualiter entibus. nam mixta generãtur ex elementis per compoſitionem, elementa generantur ex eis per diſſolutionem, ſunt. n. potentia elementa in mixto, non ita verò ut materia ſolũ, ſed & erit ita quidem mixtio ſecundum prædictum modum, vt cum ſaluatur virtus miſcibilium ex mixto. illo vero modo non remanet niſi materia & erit id quod generatur, quia tunc non eſt mixtio, ſed generatio. deinde oſtendit quale eſt medium ĩ mixtione dicens, quod contraria patiuntur adinuicem ſecundum determinationem habitam prius. Nam actu calidum eſt potentia vt fiat frigidum, & actu frigidum eſt potentia, vt fiat calidum. quapropter ſi non coæquantur miſcibilia, & vnum omnino ſuperat & vincit aliud, tranſmutãtur inuicem. i. vnum conuertitur in aliud, & materia quæ eſt ſub vnius forma efficitur ſub forma alterius & quia non manet niſi materia ſolum non eſt ibi mixtio, ſed generatio. ſimiliter autem & ſe habet & in aliis cõtrariis, ut in humido & ſicco: ſed ſi elementa fiunt aliquo modo coæquata elemẽta ita ſe habentia primo trãſmutantur, & poſtea ex his tranſmutatis & adæquatis generantur carnes, & oſſa & ea quæ ſunt talia mixta. Nã calido quidem remiſſo, & generato aliquo modo frigido, & frigido facto calido quando ad medium veniunt tunc fit mixtio, & hanc medietatem contingit eſſe neutrum miſcibilium, & huiuſmodi medium eſt multi ſpatij & multum amplum, & non eſt indiuiſibile, & quod dictum eſt de calido & frigido, ſimiliter ſe habet circa ſiccum & humidum, & aliç duæ contrarietates ſecundum medietatem & quandam adæquationem faciunt carnem & os & alia talia. deinde oſtendit ad compoſitionem omnium mixtorum concurrere omnia elementa dicens, quod omnia mixta corpora quæcunque ſunt circa medium locum, compoſita ſunt ex omnibus ſimplicibus corporibus. i. ex omnibus elementis. terra quidem cõcurrit, uel ineſt in omnibus talibus mixtis, quia vnumquodq; eſt maxime & multum. i. frequenter in proprio loco. ergo adde quod ſi mixta, vt plurimum ſunt in terra, proprius locus eorum terra eſt, quod non eſſet ſi ad eorum generationẽ terra non concurreret. & aqua quoque concurrit

Digitized by Google

rit ibi, quia oportet quod eſt compoſitum & mixtum bene terminari, oportet.n. vnam partem eſſe bene terminatam & bene compactam alteri parti, ſed de numero ſimplicium quidem bene terminabile eſt aqua. Amplius quoniã terra ſine humido non poteſt morari; ſed hæc.ſ. aqua & humidum eſt quod continet terram, ſi .n. omnino auferatur humidum ex ipſa terra decidit.ſ.terra in puluerẽ, propter ergo has cauſas terra & aqua in omni mixto inſunt. & etiam ignis & aer vt ſubdit dicens, ꝙ aer, & ignis concurrunt ad generationem talium, quoniam ſunt contraria terræ & aquæ, terra.n. eſt aeri contraria, aqua verò igni, vt contingit ſubſtantiam ſubſtãtię eſſe contrariam. ſi ergo generationes ſunt ex contrarijs & inſunt in mixtis altera extrema contrariorum vt terra & aqua, neceſſe eſt in eis ineſſe altera extrema, videlicer, ignem & aerem, quapropter in omni compoſito erunt omnia ſimplicia corpora.i. omnia elementa. hoc probat dicens. quod nutrimentum vniuſcuiuſque videtur teſtificari quod ad mixtionem concurrunt omnia elementa. omnia.n. ex eiſdem nutriunt, & ſunt, ſed nutrimentum ex mixtis, & ex compoſitis ex omnibus elemẽtis quod patet per locum a minori. Nam quędam dicuntur nutriri vno ſoluto elimento vt plantæ, & quædã videntur nutriri ſola aqua, nutriuntur.n. multis, quia nutriuntur aqua mixta terra: ideo ruſtici tentant irrigare plantas miſcentes, ſup. fimum ſiue ſtercus cum aqua, namque ſi ſola aqua nutrirentur plantæ fruſtra apponeretur eis fimus, & ſtercora. deinde probat intentum dicens, qđ nutrimentum habet rationem materiæ, quod vero nutritur.i. ratio nutriẽdi eſt forma & ſpecies coniuncta materiæ. Ratio.n. nutriendi eſt forma ꝗ per calorem digerentem conuertit ad ſe cibum, calor ergo eſt ratio alendi quod concordat apparentibus, qa rationabile eſt ſolum ignem de numero ſimplicium corporum ex inuicem generatorum nutriri, ſolus.n. ignis maxime nutritur, quia ĩ eo maxime abundat calor, quoniam ſicut priores dicunt ſolus ignis maxime eſt ſpeciei.i. eſt maxime formalis, qđ patet quia innatus eſt ferri ad terminum, i. ad cęli circunferẽtiam, & quoniam vnumquodq; innatum eſt ferri ad regionẽ ſuiipſius, cũ forma, & ſpecies omnium inſint in terminis.i. in cœlo: quia cęlum maxime formale: ignis qui natus eſt ferri ad cœlum multum de forma participabit, & ſic ratio ſuppleatur, nempe quia nutrimentum aggregat in ſe materiam & formam: quæ nutriuntur non ſolum conſtan t ex elementis frigidis quæ ſunt quaſi materialia, ſed etiam conſtant ex calidis, quæ ſunt quaſi formalia.

Tex. 12. *Quia vero. vſque. Neutri autem dicunt.*

QVoniam in hoc lib. tria ſunt tractanda, videlicet, de generatione, & corruptione, & de natura generatorum, & corruptorũ: & de cauſis & de principiis generationis, & corruptionis. ideo duobus primis expeditis. nunc in hac vltima parte de tertio intento agit Philoſophus dicens, quia ſunt quædam corpora generabilia & corruptibilia, & generatio & corruptio contingit eis

quæ ſunt circa medium locum , non his quæ ſunt in ſphæra actiuorum & paſſiuorum. Ideo dicendum eſt ſimpliciter de omni generatione, & oſtendendũ eſt quæ & quot ſunt principia generatorum, q̃m facilius ſuſpicimus ſingularia, ſ. qñ, ut cum requirit negocium & tempus accipiemus prius conſiderationem de vniuerſalibus principijs : exequitur cũ ſubdit dicens quod hæc corpora generabilia & corruptibilia ſecundum analogiam quandam imitantur corpora ſupercęleſtia & prima ergo genere & numero ſunt eadem & æqualia principia quę ſunt in iſtis generabilibus & in ſempiternis & primis, horum .n. principiorum. hæc.n. eſt vt materia, hęc autem vt forma. oportet autẽ ad huc tertium exiſtere. ſ. efficiens. duo.n. principia. ſ. materia & forma abſq; efficiente non ſunt ſufficiẽtes ad generandum ſicut nec in primis .i. in cęleſtibus non ſufficit ad tecuendum materia, & forma ſine motore. probat hoc idem alia ratione dicens id quod ſe habet vt materia eſt cauſa generabilibus , quia eſt poſſibile ea eſſe & non eſſe, quicquid.n. poteſt eſſe & non eſſe habet materiam. deinde ponit quandam diuiſionem dicens, quod hæc quidem ex neceſſitate ſunt vt æterna & horum æternorũ hoc impoſſibile eſt eſſe. Neceſſarium .n. verſatur circa id quod impoſſibile eſt aliter ſe habere , propter quod neceſſaria ſunt tam impoſſibile exiſtentia quam immutabiliter entia: q̃dam verò ſunt media inter illa, ut ea quæ eſt poſſibile eſſe & non eſſe. Nã hoc quod eſt generabile & corruptibile quandoque quidem eſt , quandoque autem non eſt. ſ. hic. hoc generabile nõ eſt, quapropter neceſſariũ eſt generationem & corruptionem , eſſe circa poſſibile eſſe & non eſſe. cõcludit dicens. ideoque hęc quę ſe habẽt ut materia eſt cauſa generabilib. & quia forma & ſpecies eſt illud propter quam eſt materia, & quæ eſt ratio quare materia ſit, erit etiam cauſa talium generabilium, & ſi materia, & forma ſunt cauſæ ipſorum generabilium, oportet ibi adeſſe tertiũ principium. ſ. efficiens, quod omnes antiqui Philoſophi ſomniant , quoniam nullus eorum de cauſa efficiente dicit ſermonem certum. deinde incipit inquirere de cauſa efficiente generationis & corruptionis dicens. primo ponit Platonis opinionem dicens, ꝙ hi. ſ. Plato & ſequac. exiſtimarunt naturam ſpecierum. i. naturam idearum ſiue ideas eſſe ſufficienter cauſam ad generari. i. ad hoc vt generatio fiat quemadmodum dicit Plato in Phedrone. etenim ille increpãs alijs, qui non ponebant ideas quaſi nihil dicẽtib. ſupponit.n. Plato quod ſunt duo genera entium quorum hęc quidem ſe habent ut ſpecies & formę: hęc autem ſunt materialia & participabilia ſpecierum. nam ſecundum ipſum vnumquodque dicitur eſſe ſecũdum ſpeciem, & dicitur generari ſecundũ ſpeciem, & dicitur generari ſecundũ ſuſceptionem ſpeciei , & corrumpi ſecundum abiectionem ſpeciei. quicquid.n. eſt vt dicebat eſt per ideam , & quicquid corrũpitur patitur hoc quod ideã perdit, quapropter ſi hæc eſt natura idearum vt Platonici exiſtimant, contingit ſpecies, & ideas ex neceſſitate eſſe cauſas generationis , & corruptionis. ponit aliam opinionem dicens , quod alii negauerunt

cauſam

Digitized by Google

cauſam efficientem: poſuerunt.n. ipſam materiam eſſe ſufficiens principium generationis. Nam ab hac materia dixerunt eſſe motum, & rerum tranſmutationem.

Tex. 13. Neutri. & ſqʒ. Nobis autem & vniuerſaliter.

IMprobat opiniones nunc negantium cauſam efficientem dicens, quod ſi quidem ſunt ſpecies & ideæ cauſæ generationis, quare non ſemper continue generant: ſed quandoque fit generatio quandoque non. Nam entibus ſpeciebus ſemper, & entibus participalibus ſemper, erit ſemper generatio. ente.n. idea ignis, & ente materia potentiæ participare & ſuſcipere formam ignis, ſtatim erit generatio ignis, erit ergo actu ignis quicquid poterit eſſe ignis, & quicquid poterit generari ſtatim generabitur, videmus autem contrariũ ad ſenſum. non enim ſemper omne poſſibile generari ſtatim generatur: aliam rationem adducit contra Platonem dicens, quod in quibuſdam videmus aliam cauſam eſſe entem p̃ter formam & materiam, vt in artificialibus. Medicus enim facit ſanitatem in corpore, & doctor facit doctrinam in anima. ente ergo ſanitate ipſa & doctrina, & entibus participabilibus, vt ente corpore, & anima quæ ſunt quaſi materialia reſpectu illorũ, nihilominus requiritur ibi cauſa efficiens, vt doctor & medicus. Similiter ergo & in alijs præter formam & materiam, ſiue præter ideam & participabile. oportet ponere efficiens & operans, vt ſecundum potentiam operantis inducatur forma in materiam. deinde ad aliam opinionem deſcendit. primo comparando eam ad primam dicens, quod ſi quis dicet materiam generari propter hoc, quod eſt motui & tranſmutationi coniuncta ſic loquens dicit vtique naturalius quam dicentes ita ut dicebat Plato. alterans.n. & transformans magis eſt cauſa generationis quam idea ſeparata, quæ vniuerſali tranſmutationi eſt cõiuncta. In omnibus enim ſumus aſſueti dicere eſſe hoc efficiẽs quod eſt principium motus & tranſmutationis. Namque ſimiliter in his, quæ a natura & in his quę ab arte, quodcunque eſt mutans habet rationem effectiui. ergo Plato nec locutus fuit nãliter nec artificialiter. quare &c. deinde improbat hanc opinionem dicens, quod nec hi recte dicũt, quia materiæ competit pati & moueri, mouere autẽ, & facere eſt alterius potentiæ, quia pertinet ad potentiam actiuam non paſſiuam. Manifeſtum eſt autem hoc in his quæ generantur. arte & natura ipſa.n. aqua non generat ex ſeipſa animal, ſed agens aliq̃d naturale hoc facit. nec ipſum lignum generat ex ſe lectum, ſed ars operatur hoc. cum ergo efficiens ſit principalior cauſa quam materia, propter hoc hi non recte dicunt. auferunt. n. cauſam principaliorem: auferunt.n: cauſam efficientem, & potentiam actiuam, & per conſequens auferunt formam, & quod quid eſſe, quia q̃cquid eſt in actu, & quicquid agit, agit per formam ut habet eſſe. deinde improbat hãc opinionem dicens q̃d amplius aliomodo intelligentes poſitionem prædictam attribuunt potentias. i. virtutes actiuas, & paſſiuas corpori, per quas generatur valde organice. dicebant.n. quod hæc corpora

a inferiora per virtutes actiuas, & paſſiuas, quaſi per quædam inſtrumẽta ſufficienter cauſabant generationem abſque alio agente, propter qđ auferebant eam cauſam quæ eſt ſecũdum ſpeciem, & formam. ideſt corpus cęleſte quod eſt agens, principale & eſt formalius, & actiuius reſpectu generationis rerum. Dicunt enim quod innatum eſt calidum ſegregare, & frigidum congregare, & aliorũ vnumquodque iſtorum inferiorum corporum, hoc quidem facere, hoc autem pati. ex his ergo corporibus, & per has virtutes abſque auxilio ſupercęleſtis corporis dicunt omnia corrumpi ac generari. hoc autem improbat dicens, quod ignis qui eſt maxime actiuus videtur ipſe pati motus a ſuperiori agente, vt a ſuper cœleſti corpore. Si igitur maxime actiua inter hæc inferiora non ſufficiunt ad generandum ſine ſuperiori & principali agente, multo magis alia non ſufficient. Ponit deinde ſecundam rationem dicens quod ſic loquentes faciunt ſimile aliquid, vt ſiquis ſerræ & vnicuique aliorum inſtrumentorum attribuam cauſam eorum quæ generantur per ea. Neceſſe eſt enim aliquo artifice ſecante diuidi lignũ per ſerram, & aliquo incidente oportet coæquari & conſtringi artificiale & quod dictum eſt in artificialibus ſimiliter intelligendum eſt in alijs. i. in materialibus. ſicut enim inſtrumẽta artis non mouent ſeipſa vt faciant opus artis, quia ſerra non ſecat ſine ſecante; nec ſeeuris incidit ſine incidẽte. ſic hæc inferiora quia ſunt inſtrumenta ſupercæleſtis corporis nõ generant nec faciunt opus naturę ſine virtute eius. ideo ſubdit. quo circa ſi ignis quam maxime facit & mouet, ſed quomodo mouet non videtur, mouet enim in virtute ſupercęleſtis corporis, quoniam ſine ea mouet deterius quam organa ſupple ſine virtute artis. Nota quod calor ignis nõ ſufficit ad generationem animalium & plantarum, vel etiam aliarum rerum generabilium ſine calore cęleſti, immo talis calor magis videtur corrumpere quam generare res dicit com. Zilius.

Tex. 14. Nobis autem vſque. ſemper vero vt dictum eſt.

Determinauit de cã efficiente ſecundum aliorum opinionem, hic vero ſecundum opinionem tractat dicens, quod a nobis prius. ſ. in lib. Phil. dictum eſt de cauſis & principijs naturalibus vniuerſaliter, & nunc in hoc lib. determinatum eſt de materia & forma quæ ſunt principia generabilium. reſtat igitur dicere de cauſa efficiente generationis, & corruptionis. Amplius demonſtratum eſt quoniam motus ſecundum allationem eſt perpetuus, & quia oſtenſum eſt quod perpetua eſt talis mutatio. Neceſſe eſt entibus his. i. entibus motibus cęleſtibus, qui ſunt perpetui eſſe generationem perpetue, allatio. n. cęleſtis & motus circularis facit generationem, actualiter, quoniã abducit & adducit generationem. i. ſolem. probat deinde allationem cęleſtem eſſe primam tranſmutationẽ. & eſſe cauſam generationis, & non econtra dicens, quod ſimul cum dictis manifeſtum eſt quoniam prior bene dicta ſunt, quia primam tranſmutationem dicendum eſt eſſe allationem, ſed non tranſmutationẽ. multum

tum.n.rationabilius eſt ens,eſſe cauſam non enti generationis.i.non enti generabili quam non ens eſſe cauſam enti.ſi quod ſequitur quidem. i. cœlum quod mouetur motu locali habet rationem entis cum ſit ſemper quod autem generatur,quaſi non eſt propter quod allatio cęleſtis eſt prior generatione, & eſt cauſa eius, & non econtra.nunc quæ ſit huiuſmodi allatio quæ cauſa. ſ. corruptionis & generationis.oſtendit dicẽs quod ſuppoſitum eſt hic ſupra, & determinatum fuit prius quod rebus eſt ens perpetua & continua generatio, & corruptio. in primo libro diximus generationem eſſe continuam,& perpetuam ex parte principij materialis quoniam generatio vnius eſt corruptio alterius & econtra.hic autem ex parte principij efficientis eſt hoc ſuppoſitum,quia non eſt ad hoc ſufficiẽter probatum.Dicimus enim cauſam generationis eſſe allationem, ſed manifeſtum quidem,quoniam allatione ente una,ideſt,uniformi non contingit fieri ambo,ideſt generationẽ& corruptionẽ,q̃a talia cõtraria ſũt.Idẽ enim ſimiliter ſe habens ſemper idẽ innatum eſt facere,quare circa allationem ſimiliter ſe habentem, aut ſẽper erit generatio,aut ſemper corruptio,nunquam tamen erit vtrumque. Oportet aũt eẽ mot⁹ multos, & mot⁹ contrarios,aut allatione, aut inæqualitate,ſi debet eſſe generatio, & corruptio,quoniam contrariorum contraria eſt cauſa. deinde concludit ex his allationem primam non eſſe cauſam generationis, & corruptionis, ſed allationem obliqui circuli dicẽs, quod allatio prima non eſt cauſa gerationis & corruptionis. cuius ratio eſt,quia allatio illa ſemper eſt vniformis,ſed allatio quæ eſt circa obliquum circulum ſupple eſt talis cauſa,quia in hac allatione eſt diuerſitas in ea enim continuum eſt,quoniam nunquam deficit illa illatio,& eſt in ea moueri p duos motus,acceſſionis, ſcilicet,& receſſionis, quare propter talem diuerſitatem generationem & corruptionem cauſare poterit. deinde oſtẽdit quomodo per motum obliqui circuli cauſatur generatio, & corruptio dicens,quod ſi ſemper erit continua generatio & corruptio,neceſſe eſt aliquid moueri ut non non deficiant tranſmutationes hæ ſcilicet generatio & corruptio.In illo autem motu eſſe oportet dualitatem & difformitatem ſicut acceſſionem & receſſionem, ut non contingat alterum ſolum,quia ſi eſſet motus vniformis non careret vtrumq;, ſed careret alterum ſolum.quia vel ſolum generaret, vel ſolum corrumperet. ergo ĩ illo motu obliqui circuli eſt continuitas & eſt diuerſitas ipſius: ergo totius continuitatis cauſa eſt allatio, & motus,quia ille motus continuus eſt ſed deformitatis vt præſentiæ & abſentiæ ſiue acceſſus & receſſus cauſa eſt inclinatio & obliquitas illius circuli.Contingit.n.ſolem propter obliquitatem circuli in quo mouetur quandoque eſſe longe vt cum recedit,quandoque prope vt cum accedit Ipſo enim ſole in diſtantia inæquali inæqualiter mouebit & alterabit nos,cum ſecundum diuerſa tempora inæqualiter diſtet a nobis.Quo circa ſi ſol adueniendo & in prope eſſe generat,in recedendo, & in longe fieri idipſum ſolẽ oportet quod corrumpat.& ſi multotiens adueniendo

generat, in multotiens recedédo corrumpit. contrariorum enim contraria eſt cauſa. deinde addit quod generatio & corruptio, quæ ſunt ſecundum naturam communem non ſecundum naturam cœleſtis corporis ſunt in tempore ęquali: quoniam tẽpus acceſſionis cui generatio attribuitur dictum eſt æquale eſſe tempori receſſionis, cui corruptio attribuitur. deinde concludit omnia menſurari ex quadam circulatione dicens quia hæc inferiora reducuntur in motum cœli, ideo tempus, & vita vniuſcuiuſq; habet numerum & mẽſuram ex reuolutionibus cœli. Quodlibet enim generale determinatur certo numero reuolutionum, quia omnium eſt ordo, & omne tempus, & vita menſuratur periodo, id eſt, circulari menſura. dicitur enim periodus a peri, quod eſt circum, & ideus quod eſt modulatio. ſiue conſonantia, quia omnia menſurantur quadam circulari conſonantia, ſed tamen non omnes res menſurantur eadem menſura, & eodem periodo, ſed hi quidem minori, hi autem maiori, his quidem menſura eſt annus, his autem maior quam annus, aliis autem eſt menſura minus periodus quam annus. deinde manifeſtat per ea quæ apparent ſenſui dicens quod quæ dicta ſunt a nobis ſunt confeſſa, & concordia his, quæ apparent ſecũdum ſenſum. videmus enim, quod ſole adueniente eſt generatio, & recedente corruptio. In parte enim æquali eſt vtrunque, videlicet, generatio & corruptio, quia motus acceſſionis æqualis eſt motui receſſionis. Ideo tempus generationis eſt totum illud tempus in quo res perficit, & tendit ad perfectiorem ſtatum. Illud verò in quo deficit & tendit ad corruptionem donec ſit corruptum vocatur tẽpus corruptionis. Hæc autem duo tempora ſi ſint æqualia ſecundum naturam cœleſtis circuli, poſſunt tamen fieri inæqualia propter aliam, & aliam diſpoſitionem materiæ. Vnde ſubdit, quod propter elementorum confuſionem adinuicem contingit multotiens in minori tempore corrumpi, ita quod corruptionis tempus minus eſt tempore generationis. Materia enim ente inæquali, & non exiſtẽte materia eadem, & ęqualiter diſpoſita vbique, neceſſe eſt & generationes inæquales eſſe, & has oportet eſſe citiores has autẽ tardiores. Et quoniam vnius generatio eſt alterius corruptio accidit propter generationem horũ, alijs generari corruptionem, ſunt enim alia corrupta, quia ſunt alia generata.

Tex. 15. Semper vero. vſq; Quoniam autem in continue.

NVnc cauſam perpetuitatis generationis ex cauſa finali Philoſophus aſſignat dicens, quod ſemper ut dictum eſt continua erit generatio & corruptio, & propter quam cauſam numquam deficiet, diximus quantum ex parte motus obliqui circuli. ſed hoc contingit rationabiliter non ſolum ex parte motus, ſed etiam ex parte finis, quoniam in omnibus dicimus naturam deſiderare ſemper quod melius eſt, melius autem eſt eſſe quam non eſſe. Quot autem modis dicimus eſſe, & quot modis accipitur eſſe dictum eſt in alijs. Cum ergo hoc ſcilicet, eſſe impoſſibile ſit exiſtere, & continuari in omnibus propter

longe

longe diſtare a principio. Quædam enim intantum diſtant, & deficiunt ab eſſe primi principij quod in ſuo eſſe continuari non poſſunt. Ideo reliquo modo, id eſt, alio modo Deus continuauit eſſe generabilium continuam faciens generationem eorũ. Nam ita per generationem continuã maxime continuabitur tale eſſe, quia ſemper fieri per generationem eſt propinquum ipſi ſubſtantiæ. deinde redit ad oſtendẽdum quomodo omnes iſti motus inferiores in motum cæleſtem reducuntur & perpetuantur per ipſum dicens, quod huiuſmodi cauſa, ſcilicet, quod ſemper fiat generatio eſt allatio, quæ eſt in circuitu, vt ſæpe dictum eſt. Nam quia ſola circularis allatio eſt continua iõ & alia quæcunque tranſmutantur adinuicem ſecundum paſſiones, & ſecundum potentias, id eſt, ſecundũ virtutes actiuas & paſſiuas verbi gratia, cuiuſmodi ſunt ſimplicia, corpora talia quidem in ſuis tranſmutationibus imitantur allationem in circuitu. Nam quando ex aqua generatur aer, & ex aere ignis, rurſus fit ibi quidam circulus, quia ex igne poſtea regeneratur aqua. Dicim⁹ enim generationem, circuire in circuitu, quia rurſus reuertitur generatio. quo circa cum quædam circulatio ſit in iſts elementis, recta allatio quæ eſt elementorum, aſſequens eſt eam allationem quæ eſt continua in circuitu. Quoniam ſi res aſſequitur rem, & motus motum ex quo elementa aliquo mõ aſſequuntur circulum, motus ipſorum & imitabitur, & aſſequetur circulationem quandam. deinde ex his ſoluit quandam dubitationẽ dicens. cõſequẽter quod ſimul manifeſtum eſt ex his dictis id quod quidam quærunt. videlicet, quare vnoquoque corporum elementorum in propriam allato regionem in infinito tempore corpora elementorum non diſtant, id eſt, quare iam per infinitum tempus, & àb æterno corpora elementorum, non ſemper habent diſtincta loca, ita quod ut abſque cõfuſione, & abſq; permixtione quod libet maneat in ſua regione, & in ſua ſphęra? Cauſa enim huius eſt tranſmutatio quæ eſt elementorum adinuicem. ſi enim vnumquodque elementorum maneret in ſua ipſius regione, ſine confuſione & abſque permixtione, & non tranſmutaretur, ab eo elemento quod eſt prope ipſum, iam utique deſtitiſſent tranſmutationes eorum, ſed nunquam deſiſtunt tranſmutari, ſed tranſmutantur propter duplicem entem allationem, id eſt, propter allationem ſolis quæ eſt duplex, & difformis propter obliquitatem Zodiaci, & quia continue elementa, ſe tranſmutant, ideo non contingit vllum elementorum eorum manere in nulla regione ordinata, ſemper enim eſt ibi commixtiò, & inordinatio quædam. deinde cauſam continuitatis aſſignat dicens, qđ vt dictum eſt: Si motus erit neceſſe eſt eſſe aliquid mouens, & ſi ſemper erit motus, oportet ſemper aliquid eſſe mouens, & ſi continue aliquid vi mouetur, oportet dare vnum, & idem immobile, & inalterabile, & ingenerabile, quod continue moueat. & ſi multi ſunt motus qui ſunt in circuitu, multa quidem oportet eſſe mouentia, & hæc mouentia om-

nia oportet qualiter, vel aliqualiter eſſe ſub vno principio, & ſic ſuppleatur ratio, quod quia omnes motores cœleſtes ſunt ſub vno motore ſemper mouente cum ex ordine illorũ motorum cauſetur generatio, & corruptio in iſtis inferioribus, perpetua hæc erit generatio, quoniam perpetuus eſt ordo talium motorum. deinde ſubdit dicens, continuo autem ſupple ente tempore neceſſe eſt motum continuum eē, quoniam impoſſibile eſt eſſe tempus ſine motu. Eſt ergo tempus numerus eius motus cõtinui, qui eſt in circuitu, id eſt, qui eſt circularis quaſi dicat, quia tempus eſt perpetuum, & continuum, oportet motum illum circularem, & per motum ipſum tempus cuius eſt, numerus eſſe perpetuum, & continuum. inquit deinde vnde motus habeat continuitatem dicens, quod inquirendum eſt hic vtrum motus ſit continuus, quia eſt continuum id quod mouetur, id eſt, mobile aut eſt continuus, quia diximus eſſe continuum illud in quo mouetur, puta locum aut paſſionem. deinde veritatem quæſiti declarat dicens manifeſtũm eſſe motum eo quidem eſſe cõtinuum, quia id quod mouetur ſupple eſt continuum, a paſſione enim continuitatem habere non poteſt, quia quomodo paſſio eſt continua, niſi quia res cui accidit paſſio continua eſt. Oportet igitur a continuitate ipſius ſubiecti eſſe talem continuitatem, ſed ſi hæc, id eſt, ſi continuitas eo, quod exiſtit in ſolo loco in quo eſt motus, quia locus aliquam magnitudinem habet, propter hoc non poſſumus ſupple vniuerſaliter ponere motum eſſe continuum ratione loci, quia ſolum dicimus eſſe continui motum huius corporis, quod in circulo mouetur. Cum ergo tale corpus non ſit in loco maxime continuo non poſſumus dare continuitatem a loco, quocirca idem mobile, quod ſibi ipſi, id eſt, ſecundum ſeipſum eſt ſemper continuum dat cõtinuitatem motui. hoc ergo corpus, quod in circuitu fertur facit motum continuum, motus autem facit continuum tempus, ita quod tempus habet continuitatem a motu, motus autem a mobili..

Tex. 16. Quoniam autem. vſq;. Siquidem enim in infinitum.

QVoniam ſupra probauit perpetuitatem generationis, & aſſignauit cauſam huius perpetuitatis. nunc oſtẽdit qualis ſit iſta perpetuitas probans hanc perpetuitatem eſſe ſecundum circulum, non ſecundum rectum dicens, quod in continue motis ſecundum generationem aut alterationem, aut vniuerſaliter ſecundum tranſmutationem alicuius, videmus demum quod eſt aliquid ens & generatum hoc poſt hoc, vt nõ deficiat generatio, & quia generatio perpetuatur videndum eſt vtrum aliquid, quod erit ex neceſſitate generabitur aut non, ſed omnia contingit non fieri, & generantur cõtingenter. deinde ſoluit dicens manifeſtum eſſe quoniam mox cum quædam erunt propter hoc id eſt, erit ꝓpter eſſe illorum erit aliud futurum quia verum eſt dicere, quando hoc erit oportet hoc eſſe: quoniam verũ, quia hoc id eſt, huiuſmodi ſunt generata

rata circulariter & vniuerſaliter, vt ſi erit pluuia verum erit dicere quod eſt vapor, & ſi uapor, nubes, & ſi nubes erit pluuia, quare ſi erit pluuia, erit pluuia. In huiuſmodi ergo quæ ſunt futura non vniuerſaliter impediri poſſunt, ſed in his quæ ſunt a propoſito futura non ſunt neceſſaria. In talib. n. qđ nunc verum eſt dicere, quia futurum eſt nihil ꝓhibet non fieri, quia futurus quis in cedere non incedet. propterea quod inceſſus & iter ſunt ex noſtro lib. arbitrio. deinde manifeſtat dicẽs, quod vniuerſaliter videtur eſſe ſimiliter circa eſſe & circa generationem, vt quoniam contingit quædam entium non ex neceſſitate eſſe, & quia quæ generantur ita ſe habebunt non ex neceſſitate erit generatio talium. Sed vtrum ſunt omnia talia quod generatio eorum ſit contingens aut non omnium generatio eſt contingens ſed quædam neceſſe eſt fieri: Dicere poſſumus, quod eſt in generatione quemadmodum & in eſſe, quia ſicut entia ſunt impoſſibilia non eſſe, id eſt neceſſaria ſunt, hæc autem ſunt poſſibilia, id eſt, contingentia, ita & circa generationem ſe habet, quia q̃dam generatio eſt neceſſaria, quædã autem contingens. exponit deinde in terminis dicens, quod conuerſiones neceſſe eſt fieri, & non poſſibile eſt non contingere, & quia generata naturaliter generantur ſecundũ conuerſionẽ, vt ex aqua fit aer, & ecõtra & ex nube pluuia, & econtra, ideo generatio eſt neceſſaria, ſed ſi non fit ibi conueruerſio, ut ſe habet & in his quæ generantur a propoſito, generatio non erit neceſſaria ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione. In talibus enim ſi quod poſterius erit, neceſſe eſt fieri quod prius ſi non econuerſo verbi gratia domus & fundamentum & talia artificialia habent prædictum ordinem, quia ſi domus eſt, fuit prius fundamentum. Si vero eſt hoc ſcilicet fundamentum ut lutum, & cementum fuit prius: ſed ſi fundamentum factum eſt, nunquid neceſſe eſt domum fieri, aut non neceſſe eſt eſſe adhuc, quia ſi ex fundamento non poſſumus ſimpliciter inferre domũ, ſed ex ſuppoſitione poterit eſſe talis illatio, ut ſi ſupponatur generationẽ domus eſſe neceſſariam ſimpliciter. Ideo ſubdit ipſe, quod ſi domus ſit neceſſe eſt generari domum. Nam quod fuit ſic prius ſe habens ad poſterius quod ſi eſt illud. id eſt, poſterius ſi eſt, neceſſe eſt generari illud quod eſt prius: & quia poſterius inſunt prius ex neceſſitate, prius autem inſunt poſterius ex ſuppoſitione. Vnde concludit quod ſi neceſſe eſt generari, quod prius, & econtra, ſed hoc poſterius non eſt propter id, id eſt, propter hoc quod ponit eſt prius eẽ. ſit talis illatio. videlicet, ex ſuppoſitione videlicet ſi ſubiectum poſterius ſit de neceſſitate futurum, non enim, quia fundamentum eſt, ideo domus erit. ſed ſi ſupponatur domũ eſſe de neceſſitate futura, ex tali ſuppoſitione poſſumus arguere ſi eſt fundamentum quod erit domus, ergo in quibus quod eſt poſtea neceſſe, eſt eſſe, & eundem ordinem habet prius ad poſterius, quod poſterius ad prius, in his conuertitur generatio, & ſemper priori generato, neceſſe eſt generari quod poſtea, ſi-

Digitized by Google

cut poſteriori generato, neceſſe fuit generari quod prius, & quia hunc ordinem videmus in generatione naturalium, ideo talium generatio, eſt neceſſaria autem ſecundum circulũ.

Tex.17. Siquidem enim in infinitum tendit. vſque finem.

OStendit generationem eſſe neceſſariam ſecundũ circulũ; hic oſtendit non eſſe hmõi generationem neceſſariam ſecundum rectum dicens quod ſi ergo generatio tendit in infinitum, & ad inferius non eſt neceſſe generari ſimpliciter, vt hæc de numero eorum quæ ſunt poſtea, & non ſolum poſito proceſſu generationis in infinitum non eſt neceſſarium generari aliquid ſimpliciter, ſed etiam ex ſuppoſitione ſupple nõ poterit concludi generationem eſſe neceſſariam. Nam ſiue ſit generatio neceſſaria ſimpliciter, ſiue ex ſuppoſitione, ſemper eſt neceſſe eſſe aliqd anterius, & prius, & ideo eo exiſtente neceſſe eſt generari id quod eſt poſterius. Quocirca ſi infiniti non eſt principium, nec primum erit ibidem, propter quod nihil neceſſe erit generari. deinde oſtendit generationem non eſſe neceſſariam ſecundum rectum ſi ponantur huiuſmodi generabilia eſſe finita dicens; quod neque in finem habentibus eſt vere dicere hoc ſcilicet, neceſſe eſſe generari aliquid ſimpliciter verbi gratia, ſi dicamus, quod neceſſe eſt generari domum, aut generatur fundamentum, quia cum generatur aliquid ſi neceſſe eſt aliquid generari generabitur ſemper. ſi ergo generatio eſt neceſſaria ſecundum rectum & generabilia ſunt finita hoc inconueniens contingit, quia accidit ſemper eſſe contingens quod ſemper non eſt. deinde oſtendit, ſcilicet, quod oportet generationem alicuius ſemper eſſe ſi eius generatio eſt neceſſaria. Nam eſſe ex neceſſitate & eſſe ſemper ſunt ſimul, & ſe ſe concomitantur. nam quod neceſſe eſt eſſe non poſſibile eſt non eſſe, propter quod ſempiternum eſt. ideo ſubdit dicens, quod ſi aliquid eſt ex neceſſitate eſt ſempiternum, & econtra; ſi ergo huius, id eſt, alicuius eſt ex neceſſitate, generatio erit perpetua & ſempiterna, & econtra, ſi eſt ſempiterna erit ex neceſſitate. ſuppoſita ergo finitate generabilium, generatio ſecundum rectum non erit neceſſaria, quia tunc deficientia, & quæ non ſunt ſemper contingent eſſe ſemper. ſi ergo generatio alicuius eſt ſimpliciter ex neceſſitate neceſſe eſt circuire & reiterare. id eſt, hæc neceſſitas capienda eſt, ſecundum circulum, non ſecundum rectum. deinde recolligit hæc dicens, quod neceſſe eſt generationem aut habere finem aut non, & ſi non habet finem aut hæc erit in rectum aut in circuitu, horum autem. id eſt prędictorum ſi generatio eſt ſempiterna non eſt poſſibile hoc ſecundum rectum. quia ſi ſit generatio neceſſaria ſecundum rectum hoc non erit ſi ponatur proceſſus in infinitum, quia in infinito nequaquam eſt aliquid ſe habens, vt prius vel ut principium, quoniam nec ſic generatio procedit in infinitum inferius vt ad futura generanda, neque ſi accipiamus huiuſmodi proceſſum in infinitum ad ſuperius

perius, vt ad præterita generata ſupple non erit ibi dare primum principium,& vt primum in generatione ſi eſt neceſſaria. Ideo poſito proceſſu in infinitum non eſt ibi aſſignare neceſſitatem generationis neque huiuſmodi neceſſitatē aſſignare poſſumus ente huiuſmodi proceſſu finito,quia vtrumque oportet ſempiternum eſſe,& non deficere:generatio, autem ſecundum rectum ſi non vadit in infinitum deficiet & non erit neceſſaria,nullo ergo modo generatio eſt neceſſaria ſecundum rectum. Idcirco ſi eſt neceſſaria neceſſe eſt eā eſſe in circuitu, neceſſe ergo erit generationem conuerti, & habere in ſe quandam conuerſionem, & quendam circulum ſi debet eſſe neceſſaria.verbi gratia,hoc modo eſt generatio neceſſaria, ſcilicet, ſecundum circulum,quia ſi ineſt hoc, id eſt, ſi eſt poſterius ex neceſſitate, ergo eſt quod prius, & econtra quoniam ſi eſt hoc quod eſt prius,neceſſe eſt generari quod eſt poſterius, & hæc ſunt iam continue,ita quod nunquā deficiet generatio:ac addit quod nihil differt dicere hoc, quod generatio ſit circularis per duo nec per multa media. deinde concludit concluſionem intentam, videlicet, quod ſi generatio eſt neceſſaria,oportet eam eſſe circularem, & econtra.vnde dicit, quod ente motu & generationem in circuitu eſt ex neceſſitate ſimpliciter, quia ſi generatio eſt in circuitu neceſſe eſt aliquid generari,qa neceſſe eſt generata eſſe, quorum generatio eſt circularis, & non ſolum ſi generatio eſt circularis quod eſt neceſſaria, ſed etiam valet econtra, quia ſi generatio horum, id eſt, aliquorum eſt neceſſaria in circuitu oportet eam eſſe. hoc vtique quidem ſupple rationabiliter accidit, quod generatio ſit circularis, quia & motus, qui eſt cœli, eſt in circuitu, & quoniam ſic eſt ex neceſſitate hic inferiora generantur circulariter, & erunt circularia quæcunque ſunt effectus huius motus, & quæcunque ſunt propter hunc motum. Si enim quidem cœlum ſupple eſt, quod mouetur in circuitu, ipſum cœlum ſic motum, ſemper mouet aliquid, quia ſemper mouet hic inferiora circulariter, neceſſe eſt ergo, & motum horum inferiorum eſſe in circuitu verbi gratia, ente ſuperiori allatione in circuitu ſol ſic mouetur. nam ideo aſtra mouentur circulariter, quia orbes deferentes ea habent circularem motum, & quoniam ſic mouentur planetæ horæ,& tempora hic inferius propter hoc generantur & reiterantur in circuitu, & his temporibus ita generatis circulariter res, quæ ſunt ab his iterum reuertuntur ſecundum circulum, ſecundum enim quod tempora circulariter redeunt ſic, & res circulariter generantur. deinde mouet duas quæſtiones dicens quare ſi nubes eſt oportet pluere: & ſi pluit oportet iterum nubem eſſe, & non oportet homines aut animalia in ſeipſa reiterari? Vnde ſoluit dicens hoc eſt quoniam hæc trāſmutatio vt pluuiæ & nubes aquoſæ & contra, magis imitatur circulum: animalium verò,minus.immo videtur eſſe quodammodo ſecundum rectum. aliam quæſtionem ponit dicens an omnia

ſimi-

ſimiliter iterentur an non? reſpondet dicens quorum ſubſtantia mota ingenita eſt, & incorruptibilis: eadem numero redeunt, vt ſol, vt aſtra: Quorum verò eſt incorruptibilis: nō numero, ſed ſpecie eadem reparantur: vt cum ex aqua fit aer, & ex quo iterum fit aqua; non eadem aqua numero ſed ſpecie reparatur. corruptibilis enim, aqua: & talis vt eam contigiſſet non eſſe.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Legatore di Libri
Digitized by Google